— - אֲבַגְתָא. Cf. Benfey Monatsnamen p. 199. Ges. — [Oppertus in Journ. asiat. 1851. Sept. p. 341 illud n. pr. ducit a pers. vet. *baga* (deus), ut בְּגָתָא Esth. I, 10 sit pers. *bagata*, וַאֲבַגְתָא ibid. pers. *avdbagata* („attendu que le ו n'est pas ici probablement la copule"), ut *Βαγώας* pers. *bagâvâ*, Bagdad pers. *bagadâta* (a deo data urbs, ut Arabes quoque hoc nomen interpretantur), Behistun = *bagaçtâna* (locus divinus) al. Roed.]

אבד P. 5. A. Priores duae significationes inverso ordine ponendae sunt: 1) *amissus est*, 2) *periit*. Ges. Lex. man.

— B. lin. 30 adde: Sirac. XX, 27. Ges.

— - - 39 sqq.: In locis Lev. XXIII, 30. Deut. VIII, 20. IX, 3 in cod. Samar. non legitur Hiph. sed Piel. Ges.

— A. אֲבַדָן [Ges. in schedis mss., ut in Lex. man., verbale Pielicum esse declarat, abiecta priore sua sententia. Sed hoc ad formas similes דְּרִבוֹן et קְרִבָן exigendum. Roed.]

אבה P. 6. A. Radicis notio prima est *avere, adspirare* (coll. אָוָה, אָחַב et simill.), hinc *inclinare* ad alqd, *propensum esse, velle*, et (arab.) *declinare, recusare, nolle*. Cf. Ges. Lex. man.

— B sqq. אָב. Ad signif. 1 adde: Jes. LI, 2: אַבְרָהָם אֲבִיכֶם. Ezech. XVI, 3. — Item ad num. 2 adde: Ps. LXXXIX, 27. In cod. Samar. (certe in ed. et pluribus mss.) Deut. XXXIII, 3 אב legitur pro אַף textus Masoretici, sed invitis Verss. antiquis. Praeterea ad hanc potissimum significationem videtur pertinere, si quis *urbis* alicuius *pater* dicitur i. e. conditor et princeps urbis, sive eam revera condidit sive instauravit aliave ratione de ea bene meritus est (cf. signif. 3) 1 Par. II, 42. 44. 45. 49 (ter). 50. 51 (bis). 52. 55. — Ad num. 3 adde: Ps. LXVIII, 6 (ubi Deus *pater orphanorum* appellatur). — Ad num. 4: 1 Sam. XXIV, 12 Davides Saulum regem alloquitur אָבִי [v. tamen quae infra de hoc loco afferam], 2 Reg. II, 12 Elisaeus Eliam prophetam ad coelos evectum אָבִי אָבִי. Ibid. V, 13 servi herum suum vocant patrem. De 1 Sam. X, 12 vid. Thenius ad h. l. Aegyptiis sacerdos appellabatur ḥrd ntr *pater divinus*, Champoll. gramm. égypt. p. 65. Ceteroquin ultro occursant animo patres senatores, Ennius pater, Chrysippus pater et eiusmodi alia. — Ad num. 5: Cf. *πατὴρ βασιλέως*, dignitas titulusque quo apud Byzantinos patricii imperatorumque tutores ornabantur, v. Du Cange glossar. graec. s. h. v. eiusdemque glossar. med. lat. v. Pater imperatoris. Ita *πατὴρ βασιλέως* Eutropius Eunuchus appellatur ap. Sozom. hist. eccl. VIII, 7. [In aula Ptolemaeorum nobiles aulici (*οἱ συγγενεῖς*) a rege *πατέρες* (et *ἀδελφοί*) appellabantur, ut proditur in inscriptionibus nonnullis in Corp. inscrr. graec. vol. III. editis. Quod attinet ad Arabum morem, v. De Sacy chrestom. arabe ed. 2. vol. 1, p. 22, ubi Hârûn chalipha Wasirum appellat يا ابى *o mi pater*. De titulis أتابك pater princeps, et أتا خواجه pater dominus, v. Vullers ad Mirchondi hist. Seldschuk. vers. germ. p. 73 sq.] — P. 7. B. lin. 15 [scrib. الوالد الامين.] — Ad num. 6: [Dictum Iobaeum XVII, 14 egregie illustratur proverbio Arabum (ap. Burckhardt. provv.

Digitized by Google

n. 623): من يكون امّه للحمّى وابوه البارده من ابن تجيه العافية i. e. *si cui febris ardens mater febrisque frigida pater est, unde ei sanitas obtingat?*]. — P. 7. B. lin. 7 inf. [scr. ابو ابوب. Copiam exemplorum dat cl. Freytagius lex. arab. T. I. p. 7—9]. — P. 8. A. Not. 1 adde: Pottii etymolog. Forschungen I. p. 193. Pro aeth. አቡ: amhar. dicitur አባት:, in dialecto Tigr. አቦ:, v. Isenberg diction. of the Amharic language. Lond. 1841. 4. p. 123. — P. 8. B. Not. 3 [considera Ewaldi sententiam (Lehrb. d. hebr. Sprache 1844. p. 629), qui vexatum illud אֲבִי Iob. XXXIV, 36 particulam optativam esse suspicatur i. q. לוּ, curtatam ex לָבִי = לָוּ, ex quo ipsum לוּ originem traxerit (arab. لَوْ, aram. לְחֹשׁ, לְוַי, לְוֵי, לְוַאי, v. לוּ infra p. 745). Aphaeresis litterae ל non magis mira esset (cf. קָח pro לְקָח), quam litterarum אב in אִיעָזֻר Num. XXVI, 30, quod est pro אֲבִיעֶזֶר. Melitenses pro *jyk Allah jamar* (يكن الله يامر) dicunt *kallajamar* velit Deus! Vassalli gramm. della lingua Maltese. 2. ed. Malta 1827. 8. p. 35. Idem Ewaldus deinde (in Jahrb. d. bibl. Wiss. 1852. p. 29) et illud אֲבִי, quod 1 Sam. XXIV, 12 legitur, eodemmodo interpretatus est. Similem ut in Iobi loco verborum structuram habes Ps. CXIX, 5: אַחֲלַי יִכְנוּ דְרָכָי, ubi in אַחֲלַי (de quo v. infra in Add.) eandem particulam לַי = לוּ agnosco]. Ges. [Roed.]

P. 9. B. אֲבִיחַיִל num. 2 scr.: mulieris e tribu Juda. Ges.

- 10. A. אֲבִינֵר [scr.: pater lucernae, et sic אַבְנֵר ibid. B. Roed.]

— - אֲבִיעֶזֶר [dele verba: ut germ. Adolfus — auxilium. Nam *olf* sine dubio est = Wolf, et Adolf auctore Pottio contractum ex Adalolf (Graff althochd. Sprachschatz III. p. 849) i. e. Adelwolf. Roed.]

- 12. A. אֲבָה lin. 1 sqq. [Verba Mosis Gekatil. sic scripta leguntur in Excerptis Gesenianis: אֳנִיּוֹת אֲבָה אלספן אלאחיה מסרת אֲבָה אחיה אי מהאופה ללסיר ודהו מן אבה אסם סי מוצע אלנעת ללספן. Quae hoc modo transcribenda sunt: אֳנִיּוֹת אֲבָה السفن الآنية فسرت אֲבָה آتية اى مطاوعة للسير وهو من אבה i. e. اسم فى موضع النعت للسفن *naves prodeuntes* (vela facientes); *interpretor* אבה *de prodeuntibus* (navibus) i. e. *paratis* (מהאופה mendosum est) *ad proficiscendum, a rad.* אבה, est autem *nomen substantivum loco adiectivi navibus appositi.* Vid. Ewald. in l. Beiträge der ältesten Auslegung des A. T. I, p. 90. — Ibid. lin. 17: Nilus in Abyssinia hodie vocatur አባይ: *Abái*, v. Isenberg. diction. of the Amhar. lang. p. 124. Rüppell iter Abyssin. II, p. 59. — Ibid. lin. 19: Saadii glossa in schedis Gesen. haec est: סמן סי אואגידא, litteris arab. اواغيها سفن فى, quod si recte scriptum esset, explicari posset: *naves in sulcis suis*, اواغى enim plur. vocis آغية notat sulcos s. fossas quibus aqua ad arva irriganda deducitur, ita ut naves mare sulcantes fortasse indicaret Saadias. An fuerit سى امواجها فى אמואגדא naves suis in fluctibus euntes? Sed Ewaldus l. c. dat سى اوانها فى אואגידא idque emendat اوانها فى, coll. Iob. VIII, 12, ubi Saadias בְּאָמְוֵ vertit اوانه فى, siquidem hoc loco legisse videtur אֲבָה pro אָבֶה. — Ibid. lin. 26: in glossa Abulwalidis leg. اسما لوادٍ *nomen fluvii* (non regionis). — Caeterum recte Gesenius in Lex. man. *navigia arundinacea* relicuis interpretandi modis anteponit. Roed.]

P. 12. B. אֲבִוּי. Cf. *αἰβοῖ* Aristoph. Pac. 1066. Ges.

— - אֶבְיוֹן [Syr. ܐܶܒ݂ܝܘܢ nil nisi Ebionitarum nomen est. Roed.]. Copt. ⲉϧⲓⲟⲛ confert Ges.

— - אֲבִיוֹנָה. [Maurer. in Lex. de etymo dubitat, quia non capparim solum, sed etiam baccas lauri, olivae, myrti al. notat, quas appetitum et Venerem excitare nemo dixerit. Itaque ducit illud a turgescendi quodam significatu, quem radici אָבָה tribuit, propter turgidos illorum fructuum folliculos. Roed.]

אבח P. 13. B. אֲבָחָה. Benary in Ephemer. litter. Berolin. 1841. Jan. p. 138, Hitzig. ad Ezech. locum et ad Jes. IX, 17, Ewald. et Haevernick. [et ipse Gesen. Lex. man.] interpretantur: *versio* s. agitatio *gladii*, a rad. אָבַח = אָבַךְ, דָּסַךְ, coll. חָרַב מִחַתָּכֶת Gen. III, 24. Ges. [Attamen in Lex. man. Ges. addit: „Equidem legere malim מִטְבַּחַת חָרֶב *macta tio gladii.*“] — Ibid. lin. 2 inf. scrib. *σφάγια.*

אבך P. 14. A. Radici huic vicina est altera סָבַךְ. Pro יִתְאַבְּכוּ Jes. IX, 17 coniici possit יִסְתַּבְּכוּ. Ges. [Abulwalidis verba integra sunt: וַיִּתְאַבְּכוּ גאוה עָשָׁן על נוֹ וַיִּתְאַבְּלוּ חָתָם מאד وهو لفظة مفردة ومعناها الشمور والاستعاء وقد فسر فيها التكاثف. Roed.]

אבל I. P. 14. A. Propria significatio: *demissum esse, capite demisso incedere*, quod faciunt lugentes; cf. radd. vicinas אָסַל, אָמַל, it. בָּלַח, נָבַל, נָסַל. Ges. in Lex. man.

— - lin. 1 inf. [sic scrib.: 1) *lugentis instar se gessit, simulavit luctum* 2 Sam. XIV, 2. 2) *luxit* Num. XIV, 39 etc. Roed.]

— B. אֶבֶל. 1 Sam. VI, 18 ipsum אֶבֶן pro אֶבֶל in nonnullis codd. legitur. Ges.

P. 15. A. lin. 4 sqq. אָבֵל בֵּית מַעֲכָת 2 Par. XVI, 4 vocatur אָבֵל מַיִם propter lacus Merom viciniam. Eodem nomine appellatur Judith. IV, 4. VII, 3. VIII, 3, ubi certe in duobus codd. legitur *Ἀβελμαΐν*, in aliis *Βελμαΐν*, *Βελμαΐμ*, *Βελμαΐας*, *Βελμώ* (אָבֵל מוֹ), cf. *Abelmea* ab Hieronymo memorata (v. infra). Ges. [Praeterea Gesenius quaedam adscripsit, quibus refutaret ea, quae Hamakerus disputasset in libro de vitis prophetarum p. 141 sqq. Vix autem opus est hac refutatione. Videtur Abel-

Digitized by Google

beth-Maacha co loco quaerenda, ubi nunc est آبل القمح fere ad septentriones Paneadis. Vid. J. Wilson the Lands of the Bible, vol. II, p. 168. Lex. geogr. (Marâsid) ed. Juynboll. T. I. p. 4: آبل القمح قرية من قرى بانياس بين دمشق والساحل Roed.]

P. 15. A. אָבֵל הַשִּׁטִּים. Ἀβίλη Stephani Byzantini pertinet ad אָבֵל מְחוֹלָה. Ges.

— - אָבֵל מְחוֹלָה vicus erat in tribu Issachar situs ad Jordanem (Iud. l. c.). In verbis Eusebii corrige: ἐν τῷ Αὐλωνι (i. e. in valle Jordanis), et pro ιή· νῦν scribe: ι (decem), ἢ νῦν cum ed. Paris. et Hieronymo. Extrema autem verba ἔστι δὲ καὶ Ἀβὲλ νεὰ (scr. Ἀβελμεά) κ. τ. λ. pertinent ad אָבֵל מַיִם, vel potius ad huius nominis appellationem aramaeam אָבֵל מַיָּא. Hieron. in Onomastico: est autem nunc vicus in Aulone, de quo infra, in decimo a Scythopoli miliario contra australem plagam nomine Bethahula (Belmahula?): sed et *Abelmea* villula nunc nuncupatur inter Neapolim et Scythopolim. Ges. [Vid. Clerici annot. ad Onom. — Adde מְחוֹלָתִי gentilic. 1 Sam. XVIII, 19. 2 Sam. XXI, 8, omissa priore nominis parte, ut יִמְרִנִי patron. nominis בִּנְיָמִן Roed.]

אבן P. 15. B. אָבֶן [in Pausa אָבֶן. Gesenius in Lex. man. radicem statuit esse אָבַן *exstruendi* et *aedificandi* significatu, coll. בָּנָה aedificavit, et אָמַן fulcivit, fundavit, unde אָמָן faber, τέκτων. Equidem, etsi harum radicum intimam coniunctionem nullo modo negaverim, tamen lapidem non tam ab aedificatione, quam potius a firmitate et densitate dictum esse credo, quae in iisdem radd. inest. — Collective אָבֶן ponitur etiam Gen. XXXI, 45. Lev. XX, 2. — Verba samaritana a Gesenio hic allata leguntur in Carmm. samar. ab ipso editis num. VII, vs. 12. Roed.]

P. 16. A. אָבֶן num. 5: adde copt. ⲁⲗ lapis, grando, plene ⲁⲗ ⲛⲓⲧⲉ ⲛⲓⲏⲉ lapillus coeli, Peyron lex. p. 3. In Bavaria pro grandine dicunt *Steinel* i. e. lapillus, *es steinelt* i. e. grandinat, item in Franconia *ein Kieselwetter* pro Hagelwetter. Ges. — [Persice praeter سنگچه etiam سنگک est lapillus, grando. ڪُوفت سَنگ lapides grandinis ap. Barhebr. Chron. syr. p. 332. l. 3. Roed.] — Ad num. 6: Ita germ. *ein Stein*, angl. *stone*, de certo pondere lanae, saponis, lini, cf. sinicum *schĭ* lapis, et pondus 120 libras aequans. Ges. [Persicum est سنگ *seng*, et ترازو سنگ *seng-i tarâzû* lapis librae, non *senk*. — De pondere regio 2 Sam. XIV, 26 v. Thenius ad h. l. Roed.] — Ad num. 7: אָבֶן הַהַחֲלָת potius significat *lapidem serpentis*, v. s. rad. זָחַל p. 413. Ges. [Cf. Schultz, Jerusalem. p. 79. Roed.]

— B. אֹבֶן, אָבְנַיִם num. 1. Rota figlina, constans ex *duobus lapidibus*, altero superiore, altero inferiore, deinde etiam e ligno facta, ita fere depingitur in monumentis aegyptiacis v. Rosellini mo-

numm. civili l. tab. 50. Wilkinson customs and manners III, 164. Champollion gramm. égypt. p. 347. Ges. [In verbis ex Abulwalidis Lexico allatis plura emendanda sunt: Lin. 1 נִתַּר mendosum est, in MS. comparet vel יתיר vel יחיר (scriptura enim dubia), sed neutrum aptum est; الخزفانى i. q. الخزف; lin. 4 scr. المتّخذة pro المتكدة, MS. אלמחכדה; lin. 5 scr. انّى pro انا; lin. 6 صُنّاع pro صانع; lin. 8 scr. *Duabus*. Roed.]

P. 17. A. אֹבֶן, אָבְנַיִם num. 2: [In schedis Thesauro annexis Gesenius varias de loco Exod. I, 16 sententias collegit Böttcheri (in Wineri Zeitschrift I, 49 sqq. et in Theol. Studien und Kritiken 1834. p. 626 sqq., cf. eiusdem Collectanea hebr. p. 128 et Spicilegium exeget.-crit. ad Exodi l. c.), Rettigii (in Theol. Stud. u. Krit. l. l. p. 81 sqq.), Redslobi (ibid. p. 641 sqq.), et quod ipse deinceps iudicaret, novae Lexici manualis editioni inseruit his verbis: „A similitudine rotae figuli ita dicta est *sella humilior, sedile* (niedriger Schemel), cui operae insidebant, ut videtur, e ligno crasso factum, cuiusmodi multa conspiciuntur in monumentis aegyptiacis. Eiusmodi sedili haud dubie insidebat etiam obstetrix mulierem parturientem in lecto recubantem adiuvans. Ita intelligenda sunt verba Exod. I, 16: *ubi opem feretis mulieribus hebraeis parientibus*, וּרְאִיתֶן עַל־הָאָבְנָיִם אִם בֵּן הוּא *videatis super sedili* sedentes, *utrum filius sit, et necate eum, an filia* caet. Iubetur igitur obstetrix *ipso partus momento*, dum adhuc in sedili sedet et infantem recens natum praeter se nemo vidit tetigitve, sexum eius visu vel potius tactu explorare, et, si masculus est, eum, quod una manus digitive pressura fieri poterat, *clam* patre et matre necare.“ Haec ipse Gesenius. — Böttcherus Exod. l. c. primum interpretatus erat sedile rotae figuli simile, sed hanc rotam ut ligneum instrumentum non a lapidibus dictam esse contenderat, sed a versando coll. rad. אסן; postea tamen statuit, עַל־הָאָבְנַיִם in Exodi loco proverbiale dictum esse *in rota* (auf den Scheiben) = opportuno tempore, mature, nempe inter partum, nondum soluto demtoque de matre fetu, coll. עַל־אָסְנָיו Prov. XXV, 11. Contra Redslobius l. c. duos lapillos interpretatur *testiculos* (Hodensteine, angl. stones): quam sententiam nuper etiam defendit Maurerus in Lexico, hos vero a globositate dictos putans, ut rotam a rotunditate et versatione coll. אוֹפָן et אֹפַנִּים. Meierus (in Theol. Stud. und Krit. 1842. p. 1048 sqq. et in Lex. radicum hebr.) interpretatur: *duo genera*, masculum et femineum, propr. „die beiden Unterschiede“, a rad. quadam בן (בין), vel duae conversiones, rationes, duo genera. Roed.]

— - lin. 23: [In Suidae verbis ὀψὲ mendum est. Kuste-

Digitized by Google

rus ex Artemidoro pro τεκεῖν ὀψὲ corrigit ἀποτεκεῖν. Roed.]

אבס P. 17. B. Propriam radicis signif. Ges. in Lex. man. ponit *incalcare* coll. vic. בּוּס, inde *infercire*, germ. *einpfropfen*, coll. gr. τρέφω pr. i. q. πήγνυμι.

— - אֲבוּס [ubique *praesepe* esse arbitror. Roed.]

אבץ P. 18. A. Fortasse i. q. בּוּץ album esse, unde chald. אַבְצָא stannum, et אִבְצָן n. pr. fort. stanneus. Ges. Lex. man.

אבק — - Rad. אָבַק prob. *contudit, comminuit*, a syllaba onomatopoët. בק, בך, בג, סק, סג, quae aeque ac דק, דך (v. דָּקַק) tundendi vim habebat, unde אָבָק *pulvis*. Ges. Lex. man. [Cf. דַּק, דַּבָּא et arab. دَقَّ pulvis. Iam vero vix opus est, ut נֶאֱבַק verbum denom. sit, potest enim esse: se invicem tundere, luctari. Maurerus in Lex. *implicandi* vim primam ponit coll. נוּךְ, indeque ducit et pulverem se evolventem coll. rad. אָבַךְ, et luctam ut manuum consertionem. Roed.]

P. 19. B. אַבְרֵךְ [Novam huius vc. ex lingua coptica explicationem aperuit Benfey in libro Ueber das Verhältniss der aegypt. Sprache zum semit. Sprachstamm, Lips. 1844, p. 302 sq.: ⲁⲃⲣⲁ *proiice te*, compos. ex ⲁ quod imperativo formando est, rad. ⲃⲣ proiicere et ⲕ pron. 2 pers. Alias tamen prostrationem exprimunt verbo ⲧⲁⲥⲟⲩ cum pron. reciproco. Roed.]

— - lin. 6 scr. *inclinet*.

אגג — - אָגָג vel אֲגַג: scr. אָגָג et אֲגַג (Num. XXIV, 7).

P. 20. B. אָגוֹז *nux* [a Meiero lex. radd. p. 667 et Maurero refertur ad rad. אגז. Recte Ges. originem persicam tuetur. In dialecto Ghilanico est *aghuz*, v. Chodzko specimens of the popular poetry of Persia p. 546, cf. armen. *engos*. Roed.]

אגל — - אֲגַלְּי־טַל Iob. XXXVIII, 28 [*stillae roris* sunt, a rad. אָגַל = גָּלַל, עָגַל. — N. pr. אֶגְלַיִם prob. duo fontes, cf. גִּלָּה fons, et n. pr. עֵינַיִם. Roed.]

אגם P. 21. A. אָגָם scrib. אַגַם vel אֲגַם, v. Jes. XXXV, 7. — Ad num. 2: [אֲגַמִּים Jer. LI, 32 Ges. in Lex. man. vult esse *arundines*, utpote ex quibus munimenta fieri solebant, angl. *stockades*, nostr. Pallisaden. Ita Lee in Lex. hebr. *Munimenta* dat Meierus Lex. radd. p. 35, idemque radici אָגַם contrahendi significatum vindicat. Alii, ut Hitzig. et Maurer., *paludes* defendunt. Roed.]

אגר P. 22. A. Proprie haec radix corradendi significatum habet, coll. vic. גָּרַר. Ges. Lex. man.

— B. אֲגוֹרָה. [Aeth. ⵄⵂⵔ: auctore Isenberg. dict. amhar. p. 113: „half a dollar, worth half an ounce of silver, about two shillings.“ Melit. *aġar* sine dubio est arab. أَجْر merces, praemium, spec. praemium in vita futura a Deo concessum, eo sensu adhibitum quo nos subinde dicimus: „ein Gotteslohn“ i. e. eleemosyna, unde verbum conj. V et VIII mercedem meruit, eleemosynam dedit, v. Dozy de Abbadidis vol. I. p. 112 sq. Amari in Journ. asiat. 1846. Mart. p. 216. Ibn Ġubair ed. Wright p. 48. 126. 292. 330. Syriacum autem ܐܓܪܐ, quod in Pesch. legitur pro hebr. אֲגוֹרָה, Bar Ali sic exponit: اجرة الفضة ويقال ايضا عوض الدرهم. Roed.]

P. 22. B. אֲגַרְטָל [Maur. in Add. ad Lex. exponit pateram libationis, *σπονδεῖον* 3 Esr. II, 13, ubi Vulg. *libatorium*, a radd. אָגַר et טָלָה = טָלַל sparsit. Roed.]

P. 23. A. אִגֶּרֶת [adde 2 Par. XXX, 1. 6. Aeth. ⵄⵂⵔ: pronuntiandum *nagara*, non *naggara*, et ⵄⵂⵛ: *nagar*. Maurerus in Lex. אִגֶּרֶת putat esse volumen, a rad. אָגַר = אָגַל coll. גָּלַל, dein epistolam. Roed.]

אדד — B. אֲדַד [corrige: n. pr. loci, unde Iudaei sub Zorobabel Hierosolyma redierunt. Ceterum hoc n. pr. ad rad. אָדַר videtur pertinere. Roed.]

אדם P. 24. B. אָדָם oppos. bestiis Hos. XI, 4: חַבְלֵי אָדָם *vincula humana*, non talia quibus bestiae coërceri solent (parall.: vincula amoris), cf. 2 Sam. VII, 14. — Eccl. XII, 13: reverere Deum et obsequere praeceptis eius, כִּי זֶה כָּל־הָאָדָם i. e. id enim totum hominem quasi perficit, summam eius perfectionem et praestantiam efficit. Ges. Ad num. 1, a. adde: Zach. IX, 1. — Ad num. 1, c. dele verba „אִישׁ *viri* (nobiliores) Jes. II, 9. V, 15, vel.“ Ges.

P. 25. A. אָדָם num. 4, a. adde: sec. nonnullos etiam Iob. XXXI, 33. Ges. [Male hoc quidem. אָדָם Gen. I—IV ubique articulum sibi iunctum habet הָאָדָם, praeter III, 17 et 21, ubi tamen pro לָאָדָם potius לְאָדָם efferendum esse videtur. אָדָם sine art. ut n. pr. apparet demum in tabula genealogica V, 3. Roed.]

— - lin. 28—33 dele verba „In mythis — relinquimus.“ Ges.

— B. De syriaco ܐܸܕܵܡ 1 Sam. XVII, 32 appellative posito, item de arab. ابن ادم et melit. *bniydem* v. Roed. de orig. et ind. arab. II. V. T. hist. interpr. p. 14. Ges. [Phoenic. quoque אדם legitur in inscriptione Massiliensi lin. 14. 16 et 18. Roed.]— Ad Not. 1: Quod attinet ad homines אָדָם appellatos propter *rubedinem* cutis, solent Arabes quoque duplex hominum genus distinguere, alterum *rubrum* (احمر), quod nos album appellamus, alterum nigrum: quanquam, si verba premere lubet, nec rubri homines sunt, nec albi. Quod alii hominis nomen אָדָם ad terram אַדְמָה referunt, habent quodammodo quo nitantur in verbis latinis *homo*, *humanus* et *humus*. Passow lex. gr. s. v. *χαμαί*. Ges. [Boppio auctore, cui accedit Pottius (Etymol. Forschungen I. p. 142. 217), illa cohaerent cum sanscr. *bhûmi* terra. Roed.]

P. 26. A. אֱדֹם [scrib. אֱדוֹם, sic enim plene scriptum ubique legitur. Roed.

Digitized by Google

P. 27. A. אַדָמָה. Vid. Credner. comm. in Joel. p. 123 sqq. — אִישׁ אֲדָמָה agricola Gen. IX, 20. Ges. [E linguis cognatis huc pertinet arab. أَدِيم terra, superficies terrae, اديم الارض Harir. p. 289 ed. 1. Sacyan., syr. ܐܲܪܥܵܐ terra, voc. rarum et fere obsoletum, pro hebr. אֲדָמָה positum in Pesch. Gen. II, 7. 1 Sam. IV, 12. 2 Sam. I, 2. 2 Reg. V, 17 (alibi pro eo positum est ܐܲܪܥܵܐ). Roed.]

— - אַדְמָתָא [in lingua vet. pers. dixeris *admâta* = *ἄδματος* indomitus, a rad. *dam, dmâ.* vid. Oppert. in Journ. asiat. 1851. Apr. — Mai. p. 394. Roed.]

— - דָּם *sanguis* [in lingua sanscr. *rudhiram* sanguis, a rubore dictus, v. Bopp. glossar. sanscr. p. 292. — „Punice *Edom* sanguis dicitur", auctore Augustino in Ps. CXXXVI, 7. — Ad num. 1: Apud poetas Arabes tritum est دَمُ ٱلْعُنْقُود sanguis vitis pro vino. — Plur. דָּמִים ad sanguinis profusi partes sive stillarum copiam pertinet, ut arabice passim dicitur ٱلدِّمَاء, dum sanguis in corpore circumiens tanquam una massa solida cogitatur. Roed.]

אדן — B. Rad. אָדַן inusit. est 1) i. q. דוּן, arab. دنّ med. Waw *inferior fuit*, unde אָדֶן. 2) trans. i. q. דִּין subegit, dominatus est, imperavit et iudicavit, unde אָדוֹן dominus, אֲדֹנָי id., quae nomina sub rad. דוּן p. 328 sq. posita huc trahe, et n. pr. אַדָן s. אַדוֹן q. v. sub rad. אָדַר p. 23, nec non אָדָן i. q. אָדוֹן in nn. prr. babylonicis בַּלְאָדָן p. 226. B. et נְבוּזַרְאָדָן p. 839. Ges. — אָדֶן in pausa אָדֵן.

אדר P. 28. A. [Ad rad. אָדַר cf. vic. הָדַר. Roed.]

— - אֲדוֹרַיִם n. pr. [Gesenius in Lex. man. significasse ait duos tumulos, Maur. fort. duas areas coll. chald. אִדַּר. Apud Joseph. antiq. XIII, 6, 4. XIV, 5, 3 in codd. legitur *Δῶρα*. Hodiernum nomen est *Dûra*, qui vicus tribus horis ab Hebrone distat versus occasum. Vid. Robinson. Palaest. III, 209, cf. Reland. Palaest. p. 547. 739. Roed.]

— B. [adde: אֲדוֹרָם n. pr., quod Ges. tangit sub אֲדֹנִירָם p. 329. Roed.]

— - אַדִּיר num. 5 „virtutibus illustris." [De hac significatione dubito. Certe in verbis Ps. XVI, 3 אַדִּירֵי כָל־חֶפְצִי בָם enunciatio relativa est verbo אַדִּירֵי subiuncta (v. gramm. hebr. ed. XVI. §. 114, 3): *nobiles* s. *principes viri, quibus cummaxime delector*, vs. 4: *eorum augentur idola.* Roed.]

P. 29. A. אֲדָר [pr. est nomen Izadi s. dei ignis, zend. *atar.* In numis Kanerki regis indoscythici legitur *ΑΘΡΟ* cum imagine dei flammis circumdati, v. Lassen. de numis indoscyth. p. 101. Cf. Benfey Monatsnamen p. 61. Roed.]

— - אַדֶּרֶת שֵׂעָר in pausa אַדֶּרֶת. — אַדֶּרֶת sec. al. non pelliceum pallium, sed laneum hirsutum. Ges.

— - אִדַּר chald. *area*, non ad גָּדַר, sed potius ad אָדַר pertinet, ut pr. sit locus amplus et spatiosus. Cf. arab. عدر locus amplus, area. Ges.

P. 29. B. אַדַרְגָּזְרִין [Haugius in Ewaldi Jahrbuch der bibl. Wiss. V. 1853. p. 151 hanc vocem admissa origine persica significare „exercitûs caput" suspicatur, ita ut זַר sit pers. vet. *çara* = سر caput, quanquam de altera compositi parte sibi non constare ait. Videtur pr. abstr. esse et dignitatem iudicum notare. Roed.]

— - אַדַרְנְזָא [Haugio l. modo c. videtur esse casus instrumentalis participii perf. pass., sanscr. *dridha*, zend. *dĕrĕza*, a rad. sanscr. *dṛih*, zend. *derez* concresceere, densum, integrum, rectum, vehementem et celerem esse, unde sanscr. *daresta* vehementer, pers. vet. *darsam* valde (inscr. Bisut. IV, 5), *duruça* firmus (ibid.), pers. درست integer, verus, אַדַרְזָא *omnino, probe, ab omni parte.* Roed.]

אהב P. 30. B. אַהַב num. 1. Cf. עָגַב. — Abrahamus amicus Dei: [praeter Jes. XLI, 8 etiam 2 Par. XX, 7, *φίλος θεοῦ* Jacob. II, 23, *ὁ φίλος προσαγορευθείς* Clem. Rom. ep. ad Corinth. c. 10. 17, רֲחֵמִי Targ. Jes. V, 1. Roed.] — Ad Not. 2 cf. Indicem grammaticum s. v. דֵּבוּ.

אהה P. 31. B. אַהָוָא chald. nomen fluminis etiam Esr. VIII, 15, non regionis, nam ibi verba הַנָּהָר הַבָּא אֶל־אַהָוָא interpretari licet: *fluvius qui in Ahawam* flumen *influit*, sec. al.: *fluvius qui Ahawam* terram vel regionem *interfluit.* Fortasse Euphrates hoc nomine venit, pr. aqua, das Wasser (cf. הַנָּהָר), sanscr. *âpas*, zend. *afs* (acc. *âpam*), pers. آب et آو aqua, goth. *ahva* flumen. Ges. lex. man., cf. Handwörterbuch ed. 4.

P. 32. A. אֲדֵי *ubi?* [non tantum Hos. XIII, 10, sed bis etiam ibid. vs. 14. Scite hoc voc. Hupfeldus (in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II. p. 127) et Ewaldus (Lehrbuch d. hebr. Spr. ed. 5. §. 104, *c*) repetunt e duabus particulis אֲ = אָן et הֵי i. e. *Mc* coll. aeth. 𐎍𐎠: ibi (correlat. 𐎍𐎢: hic), ex eodemque אֲדֵי Ewaldus putat contractum esse אַי, אֵי. Roed.]

אהל — - lin. 27 [Pro יָהֵל, quod Jes. XIII, 20 in plerisque codd. mss. et edd. nec non in Masora legitur, nonnulli habent יָרֵל. — Ceterum אָהַל num. I. est verbum denom. ab אֹהֶל tentorium, quod Ges. in Lex. man. a splendendo et emicando (v. num. II) dictum esse putat, Maurerus in Add. ad Lex. a fluctatione, sinuatione et tremula agitatione, quam significationem radicis אָהַל primam ponit, coll. יְרִיעָת aulaeum tentorii, syr. ipsum tentorium, a rad. יָרַע tremuit. Roed.]

— B. אֹהֶל Plur. אֳהָלִים [at praefixo בְּ et articulo scribitur בָּאֳהָלִים Iud. VIII, 11. Jer. XXXV, 7. 10. Hos. XII, 12. Pluralis cum pron. suff. est אָהָלַי, אָהָלֶיךָ (et אָהָלֵךְ Iud. XIX, 9), אָהָלָיו (non אָהָלִיו, אָהָלֵיו), אָהָלֵיכֶם. Roed.]

Digitized by Google

P. 33. A. אֲדַמִּים. [In Dioscoridis verbis corrige: *μετὰ ποσῆς πικρίας*, et *ὑποπολιτον*. — Verba „quibus fructus dicitur ورنوة“ dele, aliud enim dicit Avicenna p. 163. Ceterum de agallochi apud Indos et Arabes mentione, nominibus etc. plura dat Gildemeister de rebus Indicis (Bonn. 1838) p. 65 sqq. Roed.]

אדר — B. [Rad. אָדַר eiusdem significationis fuisse videtur atque אוּר, ita ut n. pr. אַדְרֹן (sic enim ubivis in V. T. scriptum est, non אַדְרוֹן) *illustrem* sonet. Roed.]

אוב P. 34. B. אוֹב. [De hoc voc. copiose accurateque egit Böttcher. in libro de inferis §. 205 sqq. — Millii dissert. legitur in Ugolini thesauro T. XXIII, non XII, ut Ges. perhibet p. 35. A. Roed.]

אוד P. 35. B. אוד no. III. Nota aethiopicum ʾAWDa: scriptum esse pro ʾAWRa: = עוּר. Ges.

P. 36. A. אוּד *titio*. [Abulwalid. in Lex. ms. explicat محراك النار i. e. *rutabulum ignis*. Saad. in Jes. l. l.: *duo viri similes* بِطَرَفَيْ مِحْرَاكٍ مُدَخِّنَيْنِ (sic scr.) *duabus extremitatibus rutabuli fumigantibus*. In verbis Barbahluli altera glossa ab Gesenio posthabita aeque concinna est atque prior, modo scribas والاعواد pro والعواد, et in priore عود التنور. Bar Ali in cod. Gothano: أَوْ اَلْمَحَارِيك المحترقة من نار التنور, in apogr. Gotting.: المحاريك والاعواد المحترقة بالتنور المشيطة. Roed.] In ludibrium dictum *δαλός* (Meleag. 49. ed. Jacobs.) et Horatianum „dilapsa in cineres fax“ in schedis mss. affert Ges.

— B. אֵד. [In glossa Abulwalidis pro جمام leg. غمام *nubes* (ms. גמאם), et ظلمة pro صلمة. Roed.]

— - lin. 9 *inf.* [dele verba: „Iunge — magnum.“ Neque enim Jes. XLVII, 9 nec sane Iob. XXXV, 15 מְאֹד genitivi locum habet. Roed.]

אוה P. 37. B. lin. 20 [lege: hoc raro Prov. XIII, 4, illud paene semper. Roed.]

— - Ad rad. אָוָה pertinent 1) אוֹ particula, de qua sigillatim agitur pag. 33 sq. cf. Lex. man. p. 19, et 2) אוּאַם (prob. voluntas s. desiderium Dei) n. pr. m. Esr. X, 34. Ges.

P. 38. A. lin. 22 lege: indicum *dvipa*.

— B. אִי negandi partic. v. p. 79. — אִיעֶזֶר n. pr., v. אֲבִיעֶזֶר p. 10.

P. 39. A. אוֹי *vae*. Cf. gr. οἴ vae, οἴ ἐγά, οἴμοι, οἴζω, οἰζύω, οἰκτίζω, οἰμώζω alia. Ges.

P. 40. A. אוֹת lin. 2 [dele: ʾAyaT s. — lin. 11 sq. dele verba: Vide quae — rad. אָתַן. Roed.]

— B. lin. 1 [scr. ʾAyaT. De loco Corani vid. Baidhâwi ed. Fleischer. T. I. p. 54. — Ceterum Maurerus et Fürstius אוֹת ducunt a rad. אוּת *incidere*, cui sententiae obstat tum genus fem., quod longe crebrius est in hoc voc., tum forma arab. ʾAyaT. Roed.]

אוז P. 41. A. אוּז radix eliminanda, n. pr. אִזִּי est pro אֲזַי = עֲזַי robustus. Ges. Lex. man.

אול — B. אֱוִיל מְרֹדַךְ [Omitto pericula Grotefendi et Rawlinsoni, qui suo quisque modo hoc nomen ex inscriptionibus babylonicis extricasse sibi visi sunt. Roed.]

אול P. 42. A. Huius radicis notiones alio ordine disposuit Ges. in Lex. man.

— B. אוּלַי *fortasse*. Vid. quae in Lex. man. habet Ges.

P. 43. A. אוּלָם num. 1. *vestibulum*. [In schedis mss. et in Lex. man. Ges. de altitudine vestibuli templi Salomonis agens probat coniecturam a J. F. Meyero loco 2 Par. III, 4 adhibitam, qui pro מֵאָה וְעֶשְׂרִים proponit אַמּוֹת עֶשְׂרִים *viginti ulnae*. Consentit Movers (Chron. p. 78), et in summa re Thenius quoque ad 1 Reg. VI, 3 et Bertheau ad 2 Par. l. c., nisi quod hi duumviri אַמּוֹת שֵׁשׁ שֵׁשׁ volunt, ut vestibuli eadem atque ipsius templi altitudo fuerit. Cf. Ezech. XLII, 16, ubi in Kethib est אמות, in Keri vero מְאוֹת. Roed.]

— B. lin. 24 [pro أَمْكَنُ, quod ex Castelli lexico depromtum est, scrib. أَمْكَنُ. Bar Ali in cod. Goth.: أَمْكَنُ سكك ان يكنا لعل او ترى (apogr. Gotting.: اترى عسى لعل). Roed.]

— - אַיִל num. 1. *aries* [Hunc Ges. in Lex. man. a cornibus flexis et volutis אֵיל appellatum esse dicit, Maurerus in Lex. a prosiliendo (feriendo, cf. תֵּרֵשׁ). Congruit aegypt. sahid. ⲟⲓⲗⲉ, memph. ⲟⲓⲗⲓ, basmur. ⲁⲓⲗ. — אַיִל num. 2. vid. sollicitam subtilemque disputationem Böttcheri in Proben alttest. Schrifterklärung p. 302 sqq. — Abulwalidis glossam (p. 44. B) مقنطرة مُحنية equidem explicaverim: (opus) *sinuatum recurvum*, et طاقات non dixerim fenestras esse, sed partes (portae) sinuatas vel prominentes. Roed.]

P. 45. A. אַיָּל *cervus* [Phoenices quoque habuere voc. איל eadem significatione, v. inscr. Massil. lin. 9, nec non lin. 5. Copt. ⲉⲓⲟⲩⲗ cervus. Ceterum cf. Lex. man. Roed.]

P. 46. A. [Ad usum arab. غزالة adde quod dicunt طلعت الغزالة *orta est dorcas* de ortu solis, جئتك مع الغزالة *veni ad te cum dorcade* i. e. oriente sole, غزالة الضحى *initium temporis matutini*. In scholio autem ex Haririo Sacyano allato extrema verba يقال الخ ad hanc rem non pertinent. Roed.]

— - lin. 5 inf. pro „Dicuntur ita“ scrib.: Est sicut, lin. 3 inf. dele verbum „simul“, et in lin. seq. scrib.: in quadam valle. Ges.

— - אַיָּלוֹן num. 1. n. pr. urbis. Epiphanius haer. II, p. 702 scribit Ἰυλώ, et sic *Yâlo* hodie vocatur

Digitized by Google

viculus prope Nicopolin, qui cl. Robinsoni in priore suo itinere Palaestino monstrabatur, quum Beth-Horone esset (Robins. Palaest. III, 279). Ges. [quemque in altero itinero anno 1852 ipse visit (Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. T. VII, p. 47). Roed.]

P. 47. A. אֵילִים. [De valle Gharendel vid. etiam Wellsted itiner. ed. germ. II, p. 38. Robinson Paläst. I, 110 sq. Roed.]

— B. אֵילוֹת [Praeter Rüppelli notitiam in Zachii epp. astron. v. eiusdem itinerarium Nub. p. 248 sq., Burckhardti itiner. Syr. ed. germ. p. 827 sq., Robins. Palaest. I, 269 sqq. 280 sqq. — Quod autem Arabs interpres 1 Reg. IX, 26 nomen Eziongeber verbis غيصة وال reddit, vix aliquid momenti habet. Roed.]

— - אֵילָם. Böttcherus (Proben alttest. Schrifterkl. p. 319 sqq.), quanquam negat perquam difficile definitu esse quid significet, tamen ipse nihil definit, et in cumulandis opinionibus acquiescit. Ges. [Imo Böttcherus hoc profitetur, אֵילָם nihil aliud sibi videri quam אוּלָם, vel אוּלָם cum סַף coniunctum. Gesenius autem suam qualemcunque sententiam apertius in Lex. man. ed. germ. declarat his verbis: „wahrscheinlich Vorsprung am Fusse des Gebäudes, Gesims.“ Roed.]

P. 48. A. אֵל num. 2. [Significatum roboris vel potestatis habes etiam in n. pr. אֲבִיאֵל p. 8. B. — Verba יֵשׁ לְאֵל יָדִי Ges. in nota margini apposita et in Lex. man. sic explicat: *est* i. e. licet *potestati manus meae.* Cf. LXX Neh. V, 5.: *οὐκ ἔστι δύναμις χειρῶν ἡμῶν,* et Jes. X, 13: בְּכֹחַ יָדִי עָשִׂיתִי. Itaque verba „Lamed in hac phrasi statum s. conditionem indicat“ amplius locum non habent. Roed.]

— B. אֵל num. 2. lin. 15 scr.: Gen. XXXIII, 20, et lin. 21: Ps. CXLVI, 5.

P. 50. A. אֵלָה num. 2. leg.: 1 Paral. VIII, 27.

— - אֵלָה *terebinthus.* Hanc arborem semper virentem esse, falso Plinius perhibet. Pistaciam terebinthum eandem esse arborem, quae Arabibus vocatur بُطْم, iam Celsius vidit hierobot. I, p. 36 sq., atque Ehrenbergius confirmavit. Vid. Robinson. Palaest. III, p. 221. Ges.

P. 51. B. אֵלוֹן. Adde: 2) n. pr. filii Sebulonis Gen. XLVI, 14. Num. XXVI, 26. Patron. אֵלֹנִי ibid. Ges.

און — - אוּן. Huius radicis notiones prorsus nova ratione digessit Ges. in Lex. man. p. 23.

— - lin. 7 inf. scrib.: Amos I, 5. — lin. 5. scrib.: Ps. XXXVI, 4.

אור P. 53. B. אוֹר litt. a. Adde: Eccl. XII, 2. it. לָאוֹר Iob. XXIV, 14 sub lucem i. e. tempore diluculi. Eodem collineat אוֹר רְשָׁעִים lux impiorum, de nocte Iob. XXXVIII, 15. Ges.

P. 54. A. אוֹר litt. d. Adde: Iob. XXXIII, 28. Eccl. XI, 7. Ges.

— B. אוּרִים num. 1. [De *Urim et Tummim* vid. Thenius in Bibl. Studien ed. Käufler T. I. 1842. p. 109 sqq. Winer bibl. Realwörterb. ed. 3. T. II, p. 643 — 648. Roed.]

P. 55. B. אוּר כַּשְׂדִּים. Citat Ges. in margine plurium virorum doctorum sententias, Ritteri (Erdkunde vol. VI, 2. p. 770, Benaryi (annal. litter. Berolin. 1841. p. 146 sqq.), Tuchii (comment. in Gen. XI, 28), all., persistitque ipse in sententia, esse Ur Chaldaeorum idem illud *Ur,* quod ab Ammiano commemoretur, nomenque אוּר significasse *castellum,* ut pers. اُوْر [Lex. Burhani Kâti': = حصار vel قلعة], zend. *vare* arx, palatium. Erroneum autem est „sanscr. *ur* urbs.“ In Eupolemi verbis glossa *Χαλδαίων πόλις* non pertinet ad *Οὐρίην,* sed ad nomen *Καμαρίνη,* scil. כְּמָרִים, vid. Kuhlmey ad Eupolemi fragmm. p. 47. [Rawlinsonus nuper *Ur* eandem urbem esse dixit atque אָרֶךְ, vid. ad hoc infra addenda. Lexica Syrorum *Ur* exponunt كَشْكَر vel كُوثَى رَبَّا, de quibus vid. Lex. geogr. Marâsid ed. Juynboll. T. II. p. 497 et p. 519.] Ges. Roed.

P. 56. A. אוּרוֹת *viridia,* a splendore dicta. Cf. לבלב samar. splenduit, chald. viruit, floruit; aeth. ΛΡΛ: splendor luminis, solis, it. nitor florum, syr. נְהוֹרָא ignis, נְהוֹרָא flos. Ges.

— B. מְאוּרָה. [In glossa Abulwalid. scr. جُحْرَة *latibulum eius.* Roed.]

אות — - אוֹת [Formae יֵאוֹתוּ, יֵאוֹתֶה fere aequo iure ad Kal referuntur atque ad Niph., cf. נוּשׁ, יִבּוֹשׁ. Roed.]

אזב P. 57. B. אֵזוֹב [Pro לصפ 1 Reg. V, 13 Pesch. probabiliter scribendum لصوف, ut habet Ephraemus, v. diss. meam de arab. interpretat. libror. V. T. histor. p. 85: quamquam in Lex. Adler. legitur glossa: لصوف لف جعد, ubi لف prob. est pro لوف, et جعد vel جعدة polium herba, auctore Castello. De hyssopo Scripturae Sacrae commentatus est J. Forbes Royle in Journ. of the R. Asiat. Society vol. VIII. p. 193 — 212, isque capparin vult intelligi, quae arab. vocatur اصف. Cf. etiam Lud. de Dieu ad Joh. XIX, 29. Roed.]

אזה P. 58. B. אָז [Vid. quae varia ratione de hoc vc. disputarunt Hupfeld in Zeitschrift für die Kunde des Morgenl. II, 434, Ewald Lehrb. d. hebr. Spr. Lips. 1844. §. 103 *e.* §. 136 *b,* Kitto Journ. of Sacred Litt. 1850. Jul. p. 223 — 227 et, si placet, Joh. von Gumpach Alttestam. Studien. 1852. p. 206 — 223. Roed.]

— - lin. 20 sq. dele verba: ne salva quidem orthographia. Ges.

אזל P. 59. B. אֵזֶל [Cf. Rutgers historia Jemanae p. 217. Lex. geogr. Marâsid ed. Juynboll. Tom. I. p. 54. J. Wilson the Lands of the Bible. Edinb. 1847. Vol. II,

Digitized by Google

p. 744: „All the Arabian Jews with whom I have conversed, without exception, identify Uzal with San'âa.“ Roed.]

אזן P. 60. A. Radix אָזַן num. I. cum no. III. coniungenda, utriusque enim notio communis est *acuere, acutum esse*, unde aures dictae sunt, v. rad. קָשַׁב. Ges.

P. 61. A. lin. 7. scr.: rad. זָנַק.

אחד — B. אָחַד Hithpa. [Apud Abulwalidem est: تفسير, deinde يقال, non قال, et استاحد, non استحد. Roed.]

P. 62. A. lin. 29 sq. verba „Iudd. XIV, 18 — Lehrgeb. p. 644“ delevit Ges.

אחה P. 64. A. lin. 1. scr.: IV, 18 pro XIV, 18, et add.: Jes. LXVI, 20. Ges.

P. 65. A. אֲחִיָּה num. 3. [Vid. Bertheau ad 1 Par. XI, 36. Roed.]

— B. אֲחִימֶלֶךְ num. 2. [In 2 Sam. VIII, 17 leg. אֲבִיָתָר בֶּן־אֲחִימֶלֶךְ, v. s. v. כֹּהֵן p. 663. B. Pro eodem in loco parall. 1 Par. VIII, 16 est אֲבִימֶלֶךְ. Utrobique autem codices mss. variant. Roed.]

— - אֲחִימָן. Scrib.: אֲחִימַן. Ges.

P. 67. A. אָחוּ. Aeg. praeter ⲁⲣⲉ etiam ⲟⲣⲉ et ⲟⲉⲓⲣ iuncus, arundo. Peyron lex. p. 16. Ges.

אחז P. 68. B. אָחָז. Ahasus regnavit ab a. 743 ad a. 728 ante Chr. natum. Ges.

— - אַחְזַי n. pr., pro quo אֲחַזְיָה, ut pro יְחִזְרָה 1 Par. IX, 12 vel יַחְזְיָה vel itidem אֲחַזְיָה reponendum censet Ges.

אחל P. 69. B. אַחֲלַי et אַחֲלֵי partic. prob. composita ex interj. אָח et לַי, לֵי = לוּ. Ges. lex. man.

P. 70. A. אֲחַמְתָא. Graece etiam Ἀχβάτανα, sec. Lassenium, qui Ispahanam urbem intelligit (Ind. Biblioth. III, p. 36), i. q. sanscr. *açvadhdna* i. e. ἱππο-σταθία. Ges. [De situ Ecbatanae disputavit Rawlinson in Journ. of the R. Geogr. Soc. of London vol. X. In numis Sasanidarum principum a Bahramo V. usque ad Ardeschiri III. tempora cusis litterae pehlevicae אחמ hanc urbem significare videntur, v. Mordtmann in Zeitschr. der D. Morgenl. Gesellsch. Vol. VIII, p. 14: nempe *Hamadan*, ubi principes illi domicilium aestivum habebant. Roed.]

— B. אֲחַסְבַּי n. pr. contractum ex אֲחַסְתָּ בְיָהּ (confugio ad Dominum). Ges. lex. man.

אחר P. 71. B. lin. 8. אַחַר Ps. XVI, 4 non adverbialiter, sed verte: *qui ad alienos* deos *festinant*. Ges.

P. 72. B. אָחוֹר num. 2. [Quomodo Indi aliique populi plagas coeli designaverint, docent Pottius in Etymol. Forsch. II, 186 sq. 190, Jac. Grimmius in Histor. ling. germ. II, p. 981, Ahrens in Kuhnii Zeitschrift für vergleich. Sprachforschung. III. 1853. p. 167 sqq. De Aegyptiis vid. Plutarch. de Iside et Osir. c. 32. Roed.]

P. 73. B. אַחֲרִית num. 3. Dav. Kimchi in Lex.: כל מקום שנאמר באחרית הימים הוא ימות המשיח. Ges.

P. 74. A. אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים *satrapae*. [Sanscr. *kšatrapa* (i. e. regni s. provinciae dominus vel protector, a *kšatra* regnum, rad. *kši* dominari, et rad. *pâ* dominari, tueri) in inscriptionibus indicis legitur, v. Asiat. Researches vol. I. p. 126 ibique tab. num. II, lin. 11, Journ. of the Asiat. Soc. of Bengal 1838. Apr. p. 337 sqq., item in numis dynastarum Sâhicorum in Surâschtra (Guzerate), v. Journ. of the Asiat. Soc. of Bengal vol. VI, p. 382. vol. VII. p. 345, Benfey in Götting. Anzeigen 1839. mens. Mai. p. 805, Edw. Thomas in Journ. of the R. Asiat. Soc. of Great-Brit. and Ireland vol. XII. p. 27. 50 sqq., nec non in inscriptt. cuneatis vet. Pers., ut in inscr. Behistun. col. III. §. 3 et §. 9, cf. Rawlinson vocabulary in Journ. Lond. As. Soc. vol. XI, p. 115 sqq., Oppert in Journ. Asiat. 1851. Jul. p. 60, Burnouf ibid. 1844 (T. IV.) p. 479. 484 et commentaire sur le Yaçna I, p. 151, Bopp vergleich. Gramm. ed. 1, p. 50, Pott etymol. Forsch. I, p. LXVIII, Lassen in Zeitschr. für die Kunde des Morgenl. VI, p. 18. — Graece quoque legitur ἐξαθραπεύοντες in inscript., v. Boeckhii corpus inscriptt. num. 2691, c. Roed.]

P. 74. B. אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ *Xerxes*. [In inscriptt. cuneatis vet. Pers. hoc nomen sic scriptum



appellandum est: KH. SCHa. Y. Â. R. SCH. Â. Cf. Lassen die altpers. Keilinschriften p. 165 et in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. VI, p. 124 sq., Rawlinson vocabulary in Journ. Lond. Asiat. Soc. vol. XI, p. 120. Roed.]

P. 76. A. אֲחַשְׁתְּרָנִים. [Ges. ascripsit sanscr. *açvatara* mulus. Cl. Benfeyi explicationem (Monatsnamen p. 188 sq.) sibi non probari dixit Ges. infra s. v. רַכָּשׁ p. 1291. Novam interpretationem attulit Haugius in Ewaldi Jahrb. 1853, p. 154, illud adiectivum esse dicens formatum ex *kšatra* regnum et terminatione *ana*, *na*, idque significare *regios* scil. equos, „Hofpferde, herrschaftliche Pferde.“ Roed.]

אטם — B. אֵטֶם. [In glossa Abulwalidis lege لقول pro لقولة (ms. لقو), et الاوب pro الاوب. Roed.]

P. 79. B. lin. 4. leg.: Semel sine interrogatione Jos. II, 4. Ges.

— - lin. 7 — 9. Hanc notam expunxit Ges.

איב P. 80. B. אָיַב *adversatus est*. „Origo, nisi fallor, quaerenda est in flando et anhelando, quod ad iram et odium saepe refertur, pr. *anschnauben*. Cognatum est אָהַב, in quo anhelandi vis ad desiderium et amorem translata est.“ Ges. Lex. man.

אים P. 81. B. אֵימָה. Adde: et אֵמָה. Ges.

P. 82. B. אַיִן num. 2, c: Cf. syr. ܠܝܬ licet mihi. Ges.

— num. 3: Cf. Matth. II, 18: ὅτι οὐκ εἰσί [ex Jerem. XXXI, 15: כִּי אֵינֶנּוּ], ubi Wetstenius exempla congessit plurima. Ges.

P. 83. A. אַיִן num. 5, d: מֵאַיִן retractavit Ges. s. v. מִן num. 1, b. pag. 802.

איף — - אֵיפָה *modius*. „In quantitate eius definienda cum plerisque archaeologis secutus eram Josephi locum

Digitized by Google

Ant. XV, 9 §. 2, ex quo efficeretur, Epham tantum continuisse, quantum *μέδιμνος* Atticus. Sed iam diu est quod observarunt alii (Cappellus de pond. et mens. p. 108. Salmas. ep. 67. Bōckh metrol. Unters. p. 259 sqq.), Josephum isto in loco non posse non utcunque memoriâ lapsum esse, quum ipse alibi (Ant. VIII, 2 §. 9) Batham (בַּת) i. e. Epham 72 (non 96) sextarios i. e. metretem continere affirmet, i. e. $\frac{2}{3}$ medimni Attici, $4\frac{1}{2}$ modios Romanos, quae posterior ratio aliis etiam testimoniis nititur (v. Bōckh l. c.). Continebat igitur 1994 digitos cubicos Paris., circiter $\frac{1}{10}$ modii Berolinensis. — De originibus vocis vix dubitari potest, quin in Aegypto quaerendae sint, ut alia plura mensurae vocabula v. c. הִין, אֵמָה. His enim, quae de vcc. *οἶφι*, ωπιμ observavi, addendum est ⲟⲩⲣ-ⲟⲙⲉ, ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ de mensura frumentaria reperiri (v. de Sacy Abdall. p. 153. Peyron lex. p. 150) et arabice reddi عُمَر, quod quidem ipsum vocabulum e lingua coptica depromtum est, et in V. T. Verss. ponitur tum pro אֵיפָה (Saad. Exod. XVI, 36. Lev. V, 11. VI, 20. Num. V, 15. XXVIII, 5. Jes. V, 10), tum pro gr. *οἶφι* (Ez. XLV, 15). Bōckhius l. c. Ephae praeterea eandem quantitatem tribuit atque Artabae Aegyptiacae; sed vid. LXX Jes. V, 10 et Lane manners and customs of the modern Egyptians II, 377 [ed. 3. p. 417]. Omne argumentum docte tractavit Roedigerus, Allgem. Encyclop. Sect. I. Vol. 35 v. Epha." Ges. — [Haec verbotenus scripserat Gesenius. Sed multo minorem hanc mensuram fuisse neque plus continuisse quam 1014, 39 digitos cubicos Paris., idoneis argumentis evincere studuit doctus Thenius (Die althebr. Längen- u. Hohlmaasse. 1845. 8. p. 18 sqq.). LXX interpretes enim 2 Par. IV, 5, ait, non plenum *μετρητὴν* Atticum, sed *ἀμφορέα* in animo habuisse, qui subinde *μετρητὴς* vocaretur (vid. Didymus ap. Boeckhium l. c. p. 258 cf. p. 9). Talem amphoram XLVIII sextariorum illic intellexisse Epiphanium, Hieronymum all., eaque re ad verum hos propius accessisse, quam Josephum, qui Atticum metreten LXXII sextariorum agi putasset. — Ceterum p. 83. A. lin. 17 inf. scrib.: Lev. VI, 20, non VI, 13. Roed.]

אשי P. 84. A. אִישׁ *vir* [ex אֱנָשׁ, אֱנֹשׁ contractum]. Ad num. 1, litt. f. adde: אִישׁ שֵׂר וְשֹׁפֵט Exod. II, 14. — Ad litt. g. vel h: אַנְשֵׁי הַהָרִים [vid. rad. תור 2, a. p. 1498]. — P. 85. B. num. 3. adde: Cum sq. לֹא nemo Hos. II, 2. — P. 86. A. lin. 35 sq. dele verba: In lingua sanscridanica — mulier. Ges.

P. 86. B. אִישׁוֹן. Adde: الانسان de pupilla oculi Harir. 44. p. 512 ed. Sacy, sinic. *idn-dschü* oculi dominus i. e. pupilla, et vice versa homericum *γλήνη* 1) pupilla, 2) puella. Ges. [Lin. 20 scr.: rad. נָבַב. — lin. 23 sqq. scr.: *tscheschm.* Roed.]

P. 87. A. אִשָּׁה num. 1, b extr. scrib.: De pellice et concubina, quae ad concubitum viri ab eius uxore admittitur Gen. XXX, 4: *et dedit* (Rahel) *ei Bilham* etc. Ges.

P. 87. B. lin. 15. leg.: Ruth. III, 11.

אית P. 88. A. אִיתִיאֵל. Dele verba: est, existit — aut. Ges.

אכל P. 89. B. אָכַל. Inf. אֲכֹל, c. Suff. אֲכָלְךָ, אֲכָלוֹ, c. Praeff. לֶאֱכֹל, כֶּאֱכֹל, בֶּאֱכֹל. — Ad num. 1, a: Edere vitem, ficum est quoque absumere, abfressen Hos. II, 14. — Ad litt. e: cf. Iliad. IV, 35. XXII, 37. XXIV, 212. Carnem comedere dicitur gladius Deut. XXXII, 42. — Ad num. 3. Dele verba: „unde explic. 1 Cor. XI, 21 — Joh. l. c." Ges. — [Ad num. 3 adde pers. تازیانه خوردن scuticam experiri, turc. غم یمک et adeo طپانچه یمک alapam comedere i. e. accipere, syr. ܟܠ v. c. apud Ephr. Syr. T. II, p. 122. A. Belin in Journ. asiat. 1851. Nov. - Dec. p. 494: „Le verbe arabe *akal*, manger, s'emploie pour toutes choses, surtout en arabe vulgaire; ainsi l'on dit *manger* (recevoir) des cadeaux illicites, manger la bastonnade etc." — Ad num. 5: De יוּכְלוּ Ez. XLII, 5 v. Ind. analyt. s. h. v. Roed.]

P. 91. A. אָכַל *Pi.* [Forma תְּאָכְלֶהוּ Iob. XX, 26 ad Kal refero, v. Ind. analyt. Roed.]

— B. lin. 5. Adde: rodere carnem Martial. VI, 64 et arab. لَحِمَ carnivorus, it. satiricus (versus). Ges.

— - אֹכֶל Prov. XXX, 1. Codd. mss. et edd. plures habent אָכֵל. Ges.

P. 92. A. מַכֻּלֶת. Dele verba: „pro מַאֲכֹלֶת verbale-Pielicum." Ges.

אכף — - אָכֵף. Huius radicis vis primaria est: incurvare onere imposito, coll. כָּפַף. Ges. Lex. man.

— - אָכְפָּה. [Syr. ܐܣܦܣܦܬ verte: sollicitatio mea, non: clitellae meae. Saad. vult جُبْرِي n. act. verbi جبر invitum adegit aliquem ad aliqd. — Abulwalides ms. אָכַף exponit جنى inique egit, et. falso accusavit; verba Iob. l. c. sic declarat: وجنايتي لا تصعب عليك i. e. *et tibi non molesta sit iniquitas mea* (ne tibi molestum sit, si quid iniquius in te agere videar), et denuo: اني لست اجني عليك بقولي شيا تستصعبه وتستثقله فتمتنع من اجل ذلك عن مناظرتي i. e. *ego nolo inique in te agere, si quid dixerim, quod molestius et gravius tibi visum fuerit, quo impediaris, quominus mecum disputes.* Roed.]

P. 93. A. אֲלֻגְבִּישׁ *glacies.* Ignat. Rossius in Etym. aegypt. p. 4 compositum dicit ex אל calculus, et ⲕⲃⲕ gelu. Ges. [Ceterum arab. جِبِس in Kamuso quidem exponitur جامد, quod de rebus constrictis, concretis, nec non de congelatis dicitur, v. c. in versu Mutanabbii جيحان جامد *Gaihan* i. e. Sarus fluvius

Digitized by Google

glacie rigens, جَمْد gelu, glacies; sed illud جِبس ipsum de gelu dici, mihi non constat. Quanquam a rigescendi notione, quae voci جِبس inest, utcunque descendit significatio gelu, quam habet hebraeum אֶלְגְּבִישׁ et simplex גְּבִישׁ. Roed.]

P. 93. A. אַלְגּוּמִּים et אַלְמֻגִּים *lignum Santalinum*. [Vocabulum ex indicis linguis, quod huic plane respondeat, nondum repertum est. Ges. dubitanter affert ut sanscritum (?) *mocha*, *mochâta* lignum Santalinum, et iuxta id ponit a Bohlenio traditum *mûcata* id. Pottius in Zeitschr. für d. Kunde des Morgenl. V, p. 80 citat *μέχ, τὸ σάνδαλον* Du Cange diction. med. et inf. graec. p. 922. Hoffmannus in nova Lexici man. Geseniani editione confert malabaricam eius ligni appellationem *malafaga*. Etymon semiticum tueri student Meier Wurzelwb. p. 668 et Maurer Handwb. p. 990, אַלְגּוּמִּים pro אַרְגְּוָנִים dictum putantes, coll. אַרְגְּוָנִן, ut *rubrum* lignum sit. Roed.]

— B. lin. 13 inf. scr. אֶלְגּוּמִּים.

P. 94. A. אֵל, אֵלָה. Vide de hisce et similibus pronominibus Hupfeld. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 160 sqq. Ges.

אלה P. 95. A. lin. 26. scrib.: Aen. X, 773. — lin. 35. scrib.: Jes. XLIV, 8. — lin. 41. scrib.: Iob. XXXV, 10. Ges.

— B. lin. 5. scrib.: אֲחֵרִים.

P. 96. A. lin. 32. scr.: סִבֵּב.

— B. lin. 29. scr.: effertur. — lin. 43. scr.: *revelavit se ei*. — lin. 47. scr.: 1 Reg. XIX, 2. Ges. [Ceterum ibi loquitur Isabella *εἰδωλολάτρις* de diis suis, ut Benhadadus Syrus de suis 1 Reg. XX, 10. Roed.]

P. 97. A. lin. 12 [pro „de atheo" pone: verba sunt athei. Roed.]

— B. lin. 14. dele: XXII, 34, et contra lin. 19. leg.: Jos. XXII, 34. Ges.

P. 98. A. med. [cf. Tanchumi annot. ad 1 Sam. XIV, 5, qui confert שַׁלְהֶבְתִּיָּה Cant. VIII, 6 et מַאפֵלָיָה Jer. II, 31. — נהר الله de pluviis agros inundantibus dicitur in proverbio: اذا جاء نهر الله بطل نهر عيسى i. e. *quum Dei flumen irruit, nihil commodi est in flumine Isa* (canali Babyloniae). Roed.]

I. אלה P. 100. B. lin. 4. [אֱלִיעָדָה legitur 1 Par. XXV, 27. Roed.]

— - אֱלִיעֶזֶר n. pr. num. 1. scr.: vir Damascenus, quem Abrahamus ante Isaacum natum heredem suum destinaverat Gen. XV, 2, sec. vs. 3 verna eius. Cf. מֶשֶׁק p. 829. Ges.

P. 101. A. אֱלִיפָלֶט n. pr. num. 1. Idem commemoratur 2 Sam. V, 16. Ab eo distinguitur אֱלִיפֶלֶט 1 Par. XIV, 7, nisi in his error est, nam 2 Sam. V, 14—16 hic non comparet. Ges. [Cf. Bertheau ad 1 Par. III, 6.]

— B. אֱלִישָׁע scr. אֱלִישַׁע.

P. 102. A. extr. adde: אֱלְקֹשִׁי n. pr. vid. s. rad. קוּשׁ p. 1211. Ges.

II. אלה P. 102. B. אַלְיָה *cauda ovilla*. [Cf. Robinson. Palaest. II, 391. Tobler Denkblätter aus Jerusalem p. 115. Roed.]

III. אלה P. 103 sqq. אֶל praep. Adde exempla ad num. 1: Dan. IX, 3. — ad num. 2: 2 Sam. VIII, 7. XIX, 36, sensu metaphys. Eccl. IX, 13. — ad num. 3: Gen. XXX, 39. — Quae sunt sub num. 6, trahe ad num. 1, et num. 8 ad num. 7, ibique adde: Ex. XXV, 21. 1 Reg. XIX, 8. Zach. V, 4. — P. 104. A. Ad num. 11, d. adde: בָּכָה אֶל־פ׳ 2 Sam. I, 24, נִחַם אֶל פ׳ 2 Sam. X, 2 (at עַל 1 Par. XIX, 2). — P. 104. B. Ad num. 8. adde: 1 Reg. VI, 17. 27. — Sub num. 5 dele locum Gen. VI, 16, nam אֶל־אַמָּה ibi est: *ad longitudinem ulnae* unius, cf. Lex. man. s. v. אֶל A, 4, a. Ges.

P. 105. A. אֶלְסָד [Cf. תְּלַאשָׁר p. 1504 ibique Add. Roed.]

אלף P. 106. A. אֶלֶף 1) *bos*. [Phoenic. אלף hac signif. legitur in inscr. Massil. lin. 3. Roed.]

אם P. 107. B. lin. 21. [dele: לְוֹ אֵן. Roed.]

ܓܡܘܪܐ Bar Ali cod. Goth.: ܓܡܘܪܐ اللجاج القحة البهت الاصرار (i. e. contumacia, pertinacia, impudentia, inopinata oppressio, perseverantia), Lex. Adl.: لجاجة وقاحة قباحة اجتراء „importunitas, molestia, audacia.“ ܓܡܘܪܢܐ Bar Ali: ܓܡܘܪܢܐ اللجوج الوقح الصفيق الوجه المصرّ السفيه (i. e. contumax, pertinax, impudens, inverecundus, perseverans, demens), Lex. Adl.: لجوج جسور قبيح ذو صفاقة وجه „importunus, gravis, molestus, impudens, audax.“ ܓܡܘܪܢܐ Lex. Adl.: مماحك مجاسر „importunus, audax, impudens, molestus, petulans.“ ܓܡܘܪܢܐ Lex. Adl.: مماحكة صفيقة الوجه „importuna, impudens“ etc. ܓܡܘܪܬܐ Lex. Adl.: لجاجة وقاحة جسارة „audacia, molestia, impudentia.“ ܓܡܘܪܢܐ Lex. Adl.: لجوج مجاسر جسور „importunus, petulans, audax.“ ܓܡܝܪܐ Lex. Adl.: جسور وقح مجترى „contumax, audax, restitans.“ Adde ܓܡܘܪܬܐ petulantia Ephr. I, 522, C. et ܓܡܘܪܐ petulans ib. 541. B. — Abunde haec docent, radici ܓܡܪ inesse notionem strenuae audaciae, contumaciae, inopinati impetus, quae quidem omnia me iudice procedunt a primaria notione *rigoris*, cf. arab. جمد et hebr. גָּמָד. Roed.]

P. 292. A. גָּמָד. Chald. כּוּרְמִיזָא non est baculus, fustis, ut Buxtorf. contendit, sed *pugnus* (Faust), ponitur enim pro hebr. אֶגְרֹף. Nasoraeum autem ܓܡܘܪܐ Cod. Nas. III, 6, lin. 12. 13. 17 sine dubio baculum significat, quo percutitur, I, 186 et 190 autem spinam dorsi. Chald. denique גַּרְמִידָא tum brachium (Pseudoj. Exod. II, 5), tum ulna (Iud. III, 16) est, ut in locis Talm. a Buxt. allatis. Ges. [Ceterum ego baculum גָּמָד non ab amputando dictum puto, sed a rigore, v. supra. Roed.]

גמז — B. גַּמְזוּ oppidum hodie *Gimzu* vocatum, paululum ab oriente Lyddae situm, v. Robins. Palaest. III. p. 271. Ges.

גמל — - גָּמַל. In digerendis huius radicis significationibus a Schultensii sententia aliquatenus discedit Ges. in Lex. man.

גמם P. 293. B. גַּם. Significationes huius particulae aptius dispositas v. in Lex. man. — 1, a. dele locum Prov. XIX, 2, nam ibi vertendum: *etiam in imprudentia nil boni*, item locum Gen. XVI, 13, ubi גַּם pertinet ad proximum verbum הֲלֹם, nec non Iob. VII, 11 et Ps. LXXI, 22; adde autem Jes. XXX, 33. Ges.

P. 294. A. lin. 16 adde: גַּם ter positum Jes. XLVIII, 8. — Ad 3, a: Ps. CXXXIII, 1: גַּם־יַחַד *una omnes*. גַּם־כֹּל vid. etiam Jes. XXVI, 12. Ges.

P. 294. B. גַּם no. 4 pro „advers. *tamen, sed*“ scrib.: *etiam* i. q. vel sic, nihilominus. Quae sub no. 3 sunt גַּם־כִּי etc. pone post no. 4. Ges.

P. 295. A. lin. 11 scrib.: quique in exercitu etc.

גנב — B. lin. 2: Cf. sanscr. *pârçvaka* fur, a *pârçva* latus. Ges.

גנז P. 296. B. גַּנְזַךְ. [Terminatio huius vocis ־ךְ = persica est. Roed.] Cf. Benfey, Monatsnamen p. 190 sq. Ges.

גנן — - lin. ult. Dele verba: „et de — aromatiferis.“ Ges.

P. 297. A. מָגֹן. Adde pluralis formam מָגְנוֹת 2 Par. XXIII, 9. Ges.

געה — B. גָּעָה *mugiit*. Legitur 1 Sam. VI, 12. Iob. VI, 5. Cf. sanscr. et zend. *gau-s* bos, lat. *ceva* i. e. vacca Col. VI, 24 fin., germ. *Ko, Kuh*, Grimm. gr. germ. III, 327. Ges. [Rad. sanscr. *gu* sonare, ut *ku, kû, khu*, unde ved. *gô* vox, pers. گُفتن, گُو dicere, cogn. gr. *βοή, βοᾶν*, lat. *bovare, boere*, hinc *βοῦς, bos*. Roed.]

P. 298. B. Post rad. גָּעַשׁ adde: גַּעְתָּם rad. quadril. inusitata. Arab. تَجَعْثَمَ ut et تَجَعْثَنَ contracta in se fuit res [sese contraxit vir ut assiliret], جُعْثُم vir pusillus et macer, جُعْثُمَة vel جُعْثُنَة n. pr. tribus arabicae.

Hinc גַּעְתָּם (vir pusillus et macer) n. pr. filii Eliphasi Gen. XXXVI, 11. 16. vid. Roediger, Versuch über die himjar. Schriftmonum. p. 38. Ges. [Cf. Ibn Duraid, genealogisch-etymolog. Handbuch ed. Wüstenfeld. Gotting. 1854. 8. p. 300. Olim גַּעְתָּם a Gesenio explicabatur „tactus eorum“: id quod merito reiecit. Roed.]

גפף P. 299. A. גָּפַף. Cf. syr. ܓܦܦ concameratus, fornice tectus. Ges. [Ceterum lin. 10 ab imo scribe: chald. עַל־גַּבֵּי. Roed.]

— B. גָּפָּה chald. *ala*. Ortum videtur ex hebr. כָּנָף. Ges. Lex. man.

— - אָגַף. [Juda b. K. ms.: אגפיו اجنحة عساكره يعنى اطرافها تلتف بعضه على بعض i. e. אֲגַפָּיו *alas exercituum eius, i. q. extremitates eorum, ubi pars parti iuncta est*, coll. Jes. VIII, 8. Roed.]

גרב P. 300. B. גָּרָב *scabies* Deut. XXVIII, 27, sed Lev. II. cc. *qui scabie laborat*. Ges. [imo in Lev. etiam est *scabies*, licet scabiosum quodque significetur, abstr. pro concr., ut in iisdem locis עַפֶלֶת, יַלֶּפֶת, יַבֶּלֶת. Roed.]

— - גָּרַב no. 2: prob. is collis, qui apud Josephum b. j. V, 4, §. 2 *Βεζεθά* vocatur, sec. Schleussner. et Hitzigium. Ges.

גרד — - גָּרַד. Etymologica vid. s. rad. חָרַם. Ges.

גרז P. 301. B. גְּרִזִים. Hodie mons Garizim vocatur Ǵebel et-Tûr جبل الطور, v. Robins. Palaest. III, 317. Ges. [Cf. Juynboll ad libr. Josuae Samaritanorum p. 242. Roed.]

גרל P. 302. A. גּוֹרָל *sors*. Plur. ubique est גּוֹרָלוֹת, nusquam

Digitized by Google

גֹּרָלִים, itaque hoc delendum. — Lin. 2 inf. scr.: iacienda. Ges.

גרן P. 303. B. גֹּרֶן *area:* etiam fem. Jer. LI, 33. Ges.

גרף P. 304. A. גָּרַף lin. ult. [Iuda b. K. ms. quoque جرفهم. Idem verba חַחַת מְגֻרְפֹתֵיהֶם Joel. I, 17 explicat فى مواضع ازبالهم المجروفة. Roed.]

גרר P. 305. A. גָּרַר *Niph.*: Huc refer נְגָרוֹת corrasa i. e. divitiae corrasae Iob. XX, 28. Verte: *evanescet proventus domus eius, opes* eius evanescent *die irae eius.* Cf. אָגַר. Ges.

— B. גֵּרָה no. 2. [Non siliquae granum ut pondus minimum in usu erat, neque granum hordei, quale גֵּרָה fuisse nuper Saalschuetzius contendit, sed globuli aenei vel ferrei, obolis similes, et eiusmodi obolum Hebraei vocabant גֵּרָה. Cf. Boeckhii metrolog. Unters. p. 58. Roed.]

— - גְּרָר [Huius urbis vestigia vidit Rowlands Anglus in loco جُرْف الجرار 3 hor. a Gaza meridiem versus sito in valli quae hodie „Wady Gaza" vocatur, ubi ruinae sunt خربة الجرار ad viam quae Khalasam ducit. Vid. Williams the Holy City ed. 1. p. 488. Roed.]

P. 306. A. lin. 3. [Syr. ܓܪܪ̈ܐ, non ܓܪ̈ܪ̈ܐ, ut scripsit Gesenius, est graecum *γλγαρτα* vinacea semina, acinorum nuclei. Idem error infra recurrit s. v. חַרְצַנִּים p. 527. A. Ceterum gr. *γλγαρτον* sine dubio ex semitico גַּרְגַּר ortum duxit, eodemque videtur pertinere *γεργέριμος* vel, ut Suidas scribit s. v. *ἐλάα*, *γεγέριμος* adj. epitheton olivarum. Roed.]

— - מְגֵרָה. Pro מְגֵרוֹת 1 Par. XX, 3 legendum מַגְזֵרוֹת secundum locum geminum 2 Sam. XII, 31, iudice Moversio krit. Unters. über d. Chron. p. 84. Ges.

גרש P. 307. A. מְגֵרָשׁ no. 3: Pro מִגְרְשׁוֹת Ezech. XXVII, 28 in quibusdam exemplaribus legitur מְגֻרְשׁוֹת *migróschóth*, teste van der Hooght. Ges.

גשם — - גֶּשֶׁם: Maurero auctore verbum onomatop., cf. germ. *giessen.* De *Pual* v. mox addenda ad גֶּשֶׁם. Ges.

— - גֶּשֶׁם no. 2. [גַּשְׁמוּ Neh. VI, 6 cum terminatione arabica, ut in nominibus quae in inscriptionibus Sinaiticis leguntur, v. c. עמרו, אושו, כלבו al.; erat enim גֶּשֶׁם ille, qui et גַּשְׁמוּ vocatur, homo Arabs (גֶּשֶׁם הָעַרְבִי Neh. II, 19. VI, 1), vid. Tuch. in Zeitschr. der D. Morgenl. Gesellsch. vol. II. 1848. p. 396 et vol. III. 1849. p. 139. Roed.]

— - גִּשְּׁמָה: Pro גִּשְׁמָה Ezech. XXII, 24 potius leg. גִּשְׁמָה = גִּשְׁמָה *Pual* verbi גָּשַׁם. Vulg. *compluta est*, pluvia rigata est. Ges.

גשן P. 308. A. גִּשָּׁן terram a glebarum copia appellatam (i. q. גּוּשָׁן, a גּוּשׁ gleba) putabat Redslobius. Ges.

גשר — B. גְּשׁוּרִי no. 1. [Adde 2 Sam. II, 9, ubi leg. הַגְּשׁוּרִי pro הָאֲשׁוּרִי, v. Thenius ad h. l. et Ewald. hist. pop. Israel. vol. III. p. 145 ed. 2. Adde Hitzigii disputationem de Gephyraeis in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. IX. 1855. p. 741 sqq. Roed.]

— - גַּת vid. rad. נָגַן infra p. 848. B. Ges.

ד

דאה P. 309. B. Ad rad. דָּאָה pertinet etiam דַּיָּה, quod locum invenit s. rad. דָּיָה pag. 335. A. Ges. [Syriacum ܕܝܐ lexicographorum glossis illustravit Larsow de dialector. l. syr. reliquiis, Berol. 1841. 4. p. 17 sqq. Roed.]

דבא P. 310. A. דָּבָא: dele verba „Malim quietem poët. — opponitur mors." Ges.

דבל P. 311. A. דְּבֶלָה. Cf. etiam Buxtorf. lex. talm. col. 2102 s. v. קְצִיעָה. Ges. [Pro ܩܨܥܐ scrib. ܩܨܝܥܐ. Roed.]

דבר P. 313. B. דָּבַר non semel legitur c. acc. pers., ut dictum est lin. 9 inf., sed bis; adde Gen. XXXVII, 4. Ges.

P. 314. A. litt. *γ*, lin. 5 inf. adde: etiam sq. אֶל 2 Sam. VII, 19, quanquam in loco gemino 1 Par. XVII, 17 est עַל. Ges.

P. 315. A. דָּבַר no. 2, *insidiatus est, exitium paravit.* Haec significatio tribus locis, quibus adhibita est, certa ratione non efficitur; est enim in his quoque locis *loqui, colloqui.* Vid. Lex. man. Ges. [Equidem arbitror, 2 Par. XXII, 10 pro וַתְּדַבֵּר corrigendum esse וַתְּאַבֵּד *et perdidit*, quod in loco gemino 2 Reg. XI, 1 legitur; Gen. XXXIV, 13 וַיְדַבְּרוּ *et locuti sunt*, coniungendum cum וַיֹּאמְרוּ vs. 14; Ps. CXXVII, 5 denique דִּבֶּר אֶת־אוֹיְבִים בַּשַּׁעַר est *litigare in porta* i. e. in foro *cum adversariis.* Roed.]

P. 317. B. דִּבְרַת Jos. XXI, 28. XIX, 12. 1 Par. VI, 15 [cur non idem oppidum fuerit, quod hodie vocatur *Dabburija* دَبُّورِيَّا, ego non video. Roed.]

P. 318. B. lin. 8. [dele دفتر, quod est gr. *διφθέρα.* Roed.]

דגה P. 320. A. דָּגוֹן *Dagon:* Bocharti sententiae accedunt Hamaker. miscell. phoenic. p. 168 et Movers die Phoenizier I, p. 590. Ges. [Adde Movers in Encyclop. Halensi sect. III, vol. XXIV, p. 405, et Ewald. über die phönik. Ansichten v. d. Weltschöpfung, Gotting. 1851. 4, p. 13. Roed.]

דגל — - דָּגֶל [Apud Abulwalidum pro والمشتار ex ואלאשתאר, quod est in apographo Geseniano, coniicio والاشتهار, et sic denuo والاشتهار pro والاشتهادة. Nihil igitur his verbis inest, quod *cippi* notionem habeat, quae Gesenium offendit. Roed.]

דגר P. 321. B. דָּגַר [Abulwalidus quoque Jes. loco adhibet arab. تحضين, loco Jerem. جمع. Roed.]

דדה — - דָּדָה [lin. 5 pro قول leg. قيل. Locus Mischnae est Schabbath c. 18. §. 2. Roed.]

P. 322. A. דָּדָנִים Dardanos esse infra s. v. לְדָנִים p. 1266. B. dixit Ges. [Cf. de hoc aliisque populorum terrarumque nominibus Gen. c. X. memoratis doctam Knobelii diss.: Die Völkertafel der Genesis. Giessae 1850. 8. Roed.]

— B. דָּהָיֵא: Dahas equites sagittarios cum Medis et

Digitized by Google

Elymaeis nominat Liv. XXXV, 48 coll. XXXVII, 38. 40, acerrimos omnium bellatores Ammian. Marcell. XXII, 8. Adde Arrian. exped. Alex. III, 28, 13. [III, 11, 4. V, 12, 3]. Saint-Martin (mémoires sur l'Arménie I, 74) Daharum terram fuisse censet provinciam, quae hodie *Daikh* appelletur. Ges.

דוד P. 324. B. דּוּדָאִים: Mandragoram *vernalem* agi in S. S. locis, cuius poma mense Maio maturescant, verbis בִּימֵי קְצִיר חִטִּים Gen. XXX, 14 evincitur, quum mandragora officinarum auctumno demum fructus proferat, vid. Tuch. ad Gen. l. c. Ges.

דוץ P. 329. B. דּוּץ. Huic radici vicinae sunt דּוּשׁ et דָּרַשׁ. Dele quae scripsi de radice quadam inusitata דָּבַץ. Ges.

דור P. 330. B. [adde: דָּר m. chald. i. q. hebr. דּוֹר *aetas* (a circumeundi significatione hebraea). דָּר וְדָר i. q. hebr. דֹּר וָדֹר Dan. III, 33. IV, 31. Roed.]

דות P. 332. B. דּוֹת cisterna probabiliter dicta ab eiaculatione aquae, rad. יָדָה iecit, cf. דָּת p. 358 sq. et p. 568. Ges. [*Dothan* hodie nomen collis est cum fonte et ruinis in planitiei Jesreel parte orientali, qui locus plane convenit cum verbis Eusebii cumque iis quae in S. S. leguntur, vid. Ed. Robinson. in Zeitschrift der D. Morgenl. Ges. vol. VII. 1853, p. 47 (= Biblioth. sacra 1853. Jan. p. 122), et Van de Velde Reise durch Syrien u. Palaest. ed. germ. I, p. 273 sqq., qui paullo ante Robinsonum locum recognovit. Roed.]

דחה P. 333. A. דַּחֲוָה lin. 16 lege: hoc enim vestimenta notaret etc., deletis verbis: „non est vc. graecum, et si esset". Ges.

דחק — B. דָּחַק: dele verba: „Congruit gr. *διώχω*". Ges.

די P. 334. A. דִּי זָהָב adde: Deut. I, 1. Ges.

דין P. 336. A. post lin. 3 adde: דִּין rad. chald. i. q. hebr. Part. pl. דָּאנִין (Kethib) vel דָּיְנִין (Keri) *iudicum munere fungentes* Esr. VII, 25. Ges. Lex. man.

P. 337. A. infra adde: דִּיסַת 1 Par. I, 6 varia lectio pro רִיפַת loc. parall. Gen. X, 3, ubi multi codd. cum intpp. graecis et latt. scribunt *Riphath*, v. רִיפַת. Ges. Lex. man.

דכא P. 338. A. דָּכָא *Pu.* Jer. XLIV, 10 potius: *contritus est* (poenitentiâ). Ges.

דלג P. 339. A. דָּלַג *Pi.*: lege Jes. XXXV, 6. Ges.

דלת P. 340. A. דָּלְתָּה n. pr.: Phoenices habent n. pr. *Δελταστάρτος* (Joseph. c. Ap. I, 18) i. e. דלי עשתרת liberatus ab Astarte, v. Monumm. phoenic. p. 406. Ges.

דלל — B. דָּלַל: Pro דָּלִיוּ Prov. XXVI, 7 facilius fuerit cum R. Juda Chajug, R. Jona et nonnullis codd. legere דָּלְלוּ = דָּלוּ, a rad. דָּלָה. Ceterum dele כִּשְׁבוֹעַ, verum enim est כִּשְׁבוּעַ. Ges.

דלף P. 342. A. post lin. 3 adde: יְדֻלָּף (lacrimans) n. pr. filii Nahori. Gen. XXII, 22. Ges. Lex. man.

דלק — - דָּלַק lin. 10 dele verba: „In linguis occidentalibus — transfertur". Ges.

דמה P. 343. A. דְּמוּת no. II, Not.: Meliora de significationibus radicis דָּמָה digerendis docuit Hupfeldus in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenlandes T. III, p. 399. Ges.

P. 343. B. דְּמִי [Abulwalidis glossam, quam hic legis معنى الهلاك ودمر, mancam et imperfectam esse suspicor. In ipso apographo Gesen. sic scripta est: בדמי ימי אלכה מ אלהלאך ודכר סדה, quae ita transcribenda puto: בִּדְמִי יָמַי אֵלְכָה معناه الهلاك وذكر فيه .... Roed.]

דמם P. 344. B. דָּמַם: De huiusmodi radicibus, quae in ם desinunt, aliisque his vicinis docte disputavit Hupfeldus in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. T. III, p. 397 sqq. Ges.

דמן P. 345. A. דִּמְנָה n. pr.: Jos. XXI, 35 pro eo reponendum videtur רִמּוֹנָה, vid. רִמּוֹן no. 1, c. pag. 1292. A. Ges.

דמר — B. תַּדְמֹר: תָּמָר in relatione antiquiore (1 Reg. IX, 18 Kethib) eadem urbs videtur esse, quae alibi חֲצַצוֹן תָּמָר vocatur, „in deserto" videlicet Iudae deserto (בַּמִּדְבָּר) adeoque in ipsa „terra" Iudaea (בָּאָרֶץ) sita, vid. Movers die Chronik p. 210: pro qua Paralipomenon auctor (2 Par. VIII, 4) posuit Palmyram תַּדְמֹר et, quo hanc suam fictionem adornaret, Hamathae mentionem iniecit. Ges. [Similem, etsi non eandem, in hac quaestione difficillima dirimenda rationem secuti sunt Thenius ad 1 Reg. IX, 18 et Hitzigius in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. 1854. p. 222 sqq. Sed ea quoque consideratione digna sunt, quae Ewaldus (hist. pop. Israel. T. III. p. 344. 377) et Bertheau (ad 2 Par. VIII, 4) commentati sunt. — Ceterum תדמר non „passim" legitur apud scriptores, sed mendum est codicis Lugdunensis (vid. Lexicon geogr. مراصد الاطلاع ed. Juynboll. T. I. p. 198. annot. 7), alibi semper hoc nomen scribitur تدمر; illud autem تدمير *Todmir*, secundum idem lexicon geographicum (l. l. p. 200) ab oriente Cordubae situm, nec Palma potest esse, ut coniecturavit Casirius, neque ullo modo cum Tadmor coniunctum est, ut Hitzigius l. c. demonstravit, qui ne Palmyrae quidem nomen ad palmas pertinere contendit. Roed.]

— - דַּמֶּשֶׂק [ضمصاص] est coniectura Dav. Michaelis; apud Bar Bahlulum et in Lex. Adler. legitur ضمصاص دمشق الشام. Hitzigius in Zeitschrift der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. 1854. p. 222) sibi persuasit, דַּרְמֶשֶׂק esse sanscr. *tâmrâksha* i. e. qui oculos habet rubore suffusos, idque epitheton Dionysi quondam fuisse, a quo urbs illa nomen acceperit. Roed.]

דקק P. 348. B. post דַּק adde: דָּק m. pr. inf. verbi דָּקַק *tenuitas, subtilitas*, hinc *pannus tenuis* et *subtilis* Jes. XL, 22. Ges. Lex. man.

דרב P. 349. B. דַּרְבָּן [In verbis e Tanchumi lexico allatis illud والاحداث sine dubio mendosum est. Ipsum apographon Gesen. habet והו אלדי יסאק בה אלדואב וקם אלחדאת, quod sic videtur emendandum esse: وهو الذى يساق به الدواب وقس الحرث i. e. *et*

Digitized by Google

est (instrumentum) *quo propelluntur iumenta tempore arationis* (agri). Roed.]

P. 349. B. דַּרְדַּע n. pr., דַּרְדַּר *tribulus*, et דָּרוֹם *plaga australis*: vid. s. rad. דָּרַר p. 355. A. et B. Ges.

— - דָּרְיָוֶשׁ Darius. In inscriptionibus persicis cuneatis regum Achaemenidarum saepe legitur



D Â R(a) Ya W U S

et haec nominativi forma in hebraea דָּרְיָוֶשׁ ad singulas litteras expressa est. Praeter eam in illis inscriptionibus etiam accusativus *Dâryawum* legitur [et genit. *Dâryawahus*]. Ad radicem *dar* = sanscr. *dhri* (tenere) Lassenius quoque refert hoc nomen hoc sensu: qui tenet i. e. sustentat ordinem. [Rawlinson vocabulary in Journ. of the Asiat. Soc. vol. XI. p. 185: „possessor", Oppert in Journ. asiatique 1851. Febr. p. 261: „celui qui tient, possède".] Darii nomen hieroglyphice scriptum habes apud Champollion. gramm. égypt. p. 142, Rosellini II, tab. XI. litt. C. no. 149. Ges. Roed.

P. 353. B. אַדַרְכוֹן *daricus*. Cf. Hengstenb. Beitr. I. p. 51. Movers die Chronik p. 26. Ges. [Adde Schimk. de numis biblicis P. I. Vienn. 1835. 4. p. 10—27. Cavedoni bibl. Numismatik übers. von Werlhof. Hannov. 1855. 8. p. 84 et tab. nr. 12. 13. 14. Roed.]

P. 354. B. אַדְרֶעִי n. pr. urbis: Adraa in numis, v. Eckhel. III, 499. Ges. [Adde inscriptiones duas ibi repertas: Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἀδραηνῶν Πετραίων μετροπόλεως τῆς Ἀραβίας, et: Ἀδραηνῶν πόλις ἡ τῆς Ἀραβίας, v. Letronne in Revue archéologique tom. V. p. 283. 284; الدرعات v. Lex. geogr. Marasid ed. Juynboll. T. I. p. 39. Roed.]

דדר P. 355. A. דָּרַר no. 1: Cf. aeth. ወደረ: volavit. Ges. [it. arab. طار volavit, طَيْر volucris. Roed.]

— - דַּרְדַּע n. pr.: fortasse i. q. דַּרְדַּר tribulus, ut קַרְקַע prob. ex קָרַקַר ortum est, v. pag. 1210. Ges.

— B. דַּרְדַּר *tribulus*. [In Bar Ali cod. Goth. ܕܪܕܪ pluribus vocibus arabicis exponitur, quae spinarum genera significant, ut حرش, دردر, عوسج, عاقول, حسك, حاج, et quibus Gesenii emendatio confirmatur. Roed.]

דרש P. 357. A. מִדְרָשׁ 2 Par. XXIV, 27. XIII, 22: Bene de his locis disputat Movers, die Chronik p. 175. Ges.

דתא P. 359. B. Adde: דְּתָא m. chald. st. emphat. דְּתָאָה i. q. hebr. דֶּשֶׁא *herba tenera*. Dan. IV, 12. 20. Ges. in Lex. man.

ה

ה P. 360. A. lin. 24 [scrib.: p. 4 lin. 5, p. 11 lin. 14. Hoc autem هـ in linguae arabicae dialecto hodierna syriaca proprie non articuli, sed potius pronominis demonstrativi vim habet, ita ut هـ كتاب sit i. q. هٰذا الكتاب hic liber, vid. Marcel vocabulaire, Bocthor dictionnaire et Berggren guide s. v. *Ce*. Beduini tamen eo pro simplici articulo uti videntur, vid. Wallin in Zeitschr. der deutsch. morgenl. Ges. vol. VI. 1852. p. 197 et 217. Roed.]

P. 360. A. lin. 36. [הַ in הַאֲשֶׁר 2 Reg. VI, 22 vix ac ne vix quidem articulus est, sed particula interrogationis, v. Ewald Lehrb. §. 104, b. Thenius ad l. c. Roed.]

הגא P. 363. B. הֵגָא [non הֶגָא] et הֵגַי n. pr. eunuchi in aula Xerxis. Benfey (Monatsnamen p. 192) confert sanscr. *âja* eunuchus, et ture. Agha آغا. Ges. [*Hylas* Xerxis comes memoratur a Ctesia Pers. c. 24, cf. Herodot. IX, 33. Roed.]

הדד P. 365. B. הֲדַד n. pr. no. 1: vid. Movers Phönizier I, p. 197 sq. Ges. [Adde Encyclop. Halens. sect. III, vol. XXIV, p. 395 sq. Roed.]

הדה P. 366. A. הֹדּוּ India: [*Hapta Hĕndu* Vendidad I, §. 73 ed. Spiegel., in inscriptionibus cuneatis persicis *Hidus*, in hymnis vedicis *Sapta Sindhavas* (i. e. septem flumina). Vid. Lassen Keilschr. p. 113, id. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. vol. VI, p. 62, et eiusdem Ind. Alterthumsk. vol. I, p. 2 sq., Oppert in Journ. asiat. 1852, Febr.-Mart. p. 143 sq. Roed.]

דם — - דָּם, דַּדָּם chald.: Est דָּם potius pers. خُندام, خُندام membrum, et הֲדֵם verbum denominativum, vid. Fleischer in Ergänz.-Bl. z. Allg. Lit.-Zeit. 1838, no. 29, p. 155 sq. Ges. [Lacrozio eadem tribuitur sententia in libro „Zur Urgeschichte der Armenier". 1854. p. 7. اندام زدن demembrare Cast. lex. pers. Alias Persae dicunt پاره پاره کردن -plane eodem sensu quo chald. dicitur עֲבַד הַדְּמִין. Roed.]

הדר P. 367. B. הֲדוֹרָם: [add.: 2, n. pr. viri 2 Par. X, 18, alibi אֲדֹרָם, q. v. sub אֲדֹנִירָם pag. 329, B. Roed.]

הוא P. 367. B. הוּא, הִיא: Vide de his pronominibus docte disserentem Hupfeldum in Zeitschr. f. d. Kunde d. Morgenl. II, p. 127 sq. 149 sqq. Ges.

הוה P. 370. B. lin. 1 scribe: הָוָה Dan. IV, 26. V, 19 et תָּוָא VI, 11. VII, 13. Esr. V, 11 fut. יֶהֱוֶה etc. Ges.

— - lin. 9 scrib.: לְהֵוֵין Dan. V, 17. Ceterum vid. ad לְ part. p. 734, A. Ges.

הום P. 371. A. תְּהוֹם: [Abulwalidus ms.: تفسير الغمر ... وهو الماء الكثير ... وقد يسمى بهذا اللفظ الموضع المطمئن الحامل للغمار i. e. ת *est* i. q. غمر *h. e. aqua multa ... eademque hac voce appellatur locus solidus* (fundus), *qui sustinet aquas* (maris). Extat etiam in dialecto Nasoraea תאומא abyssus, cod. Nasor. ed. Norberg. T. II, p. 202, lin. 1. Roed.]

היה P. 372. B. lin. 7 inf.: dele verba „temporis et". Ges.

— - lin. ult.: וְהָיָה *et accidet* in exemplis, quae sequuntur (p. 373) omnibus impersonaliter positum est. Raro, et apud recentiores tantum scriptores, personaliter construitur, ut Jer. XLII, 16: תָּהְיֶינָה

Digitized by Google

וַיְהִיו כָּל־הָאֲנָשִׁים ... יָמוּתוּ: v. 17, חַחֶרֶב ... חַשֹּׁגֵג. Ges. [At similem verborum structuram habes in vetere libro Num. V, 27: וּבָאוּ בָהּ ... וְחָיְחָה. Roed.]

P. 373. B. no. 2, dd, adde: בָּיַת בְּ *se gessit tanquam* ... Exod. XXII, 24. Num. XI, 1. Iob. XXIV, 14. Hos. IV, 4. V, 10. XI, 4. Ges.

P. 375. A. Niph. no. 2 init. scrib.: Part. fem. Prov. XIII, 19: חַאֲוָה נִהְיָת etc. Ges.

הכל — B. תֵּיכָל: Bene hoc Ewaldus gramm. hebr. ed. 3. §. 336 [Lehrbuch §. 162, b] refert ad rad. יכל = כול capere, ut sit *capax* aedificium. Ges.

חכר P. 376. A. הִכְחִיר Iob. XIX, 3: Praestat verbo הִכְחִיר tribuere vim arab. حكر *iniuria affecit* aliquem, litigavit pertinaciter, nisi quis malit (cum nonnullis codd.) scribere חַחְכְּרוּ. Ges., cf. Lex. man. [R. Jonae s. Abulwalidi glossa ms. haec est: תחכרו לי تهكرون منى اى يشتد تعجبكم منى والهكر بفتح الكاف اشد التعجب فى كلام العرب وربما كان مجانسا لقول العرب ايضا كهرت الرجل اى استقبلته بعبوس ونكرة وان كان الكاف فيه قبل الهاء i. e. תחכרו לי *est arab.* تهكرون منى, *hoc autem est, magnopere me miramini;* هُكْر *enim in lingua Arabum magnam admirationem significat. Fortasse etiam* (hebr. הכר) *finitimum est ei quod Arabes dicunt* كهرت الرجل *i. e. austere et inique egi cum eo, licet* (in كهر) *Cāf litteram Hā antecedat.* Nempe كهر nonnunquam dicitur pro قهر, ut in Corano Sur. 93 vs. 9 Ibn Mas'ūd legebat فَلَا تَكْهَرْ pro eo quod vulgo legitur فلا تقهر. In glossa Abulwalid. بعبوس ex coniectura scripsi pro בעביק quod extat in Gesenii apographo. Ceterum cf. Saad. ad loc. Iobi ap. Ewald. Beiträge I, p. 99. Roed.]

הלא — B. הָלְאָה: Saadianum تَقَدَّمْ Gen. XIX, 9 non est *recede*, sed *progredere*. Ges.

הלך P. 380. A. lin. 46: [dele Prov. XXIII, 31, nam ibi הִתְהַלֵּךְ de vino dictum est, vid. no. 3. Roed.]

הלל — B. הָלַל: Ad vim huius radicis onomatopoeticam illustrandam afferre iuvat, quae docet Isenberg. dictionary of the Amharic language, Lond. 1841. 4., p. 112: „ኧለለ: ĕllĕl sound of *exultation*, which is raised by women at public rejoicings; hence ኧለለ: ኦለ: to say ĕllĕl, to exult, to shout for joy.. cf. hebr. הָלַל. The mode of exultation is, to repeat the sound *ĕllĕl* many times, saying *ĕllĕllĕllĕllĕllĕl*, etc." Ges. [Altera significatio apparet in copt. ⲁⲗⲗ splendor, ⲉⲗⲉⲗ fulgor. Roed.]

P. 382. B. תְּהִלָּה: [In glossa Saadiana, vel potius Ben Gekatiliae, ad Iob. IV, 18 post فى الملايكة omissa sunt verba وانما هو نقص بالاضافة الى ذاته الكاملة الاوصاف i. e. *defectus autem non est nisi ex ratione essentiae eius* (sc. Dei) *ab omni parte perfectae.* الاوصاف scripsi pro mendoso אלאואף. Ipsius autem Saadiae interpretatio haec est: هو فى مقربوه لا يوثقهم مثله ولا لملايكته يصير لعا i. e. *en ipsis, qui aditum habent ad eum, aeque fidem non habet, neque angelis suis facit nitores.* Roed.]

הלם P. 383. A. הֲלֹם: hoc ad pronominalia refertur ab Hupfeldo (Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 160) et Ewaldo (gramm. ed. 3. §. 448 = Lehrb. §. 103, f.). Ges.

חמה P. 384. A. lin. 21 scrib.: Psalm. XXXIX, 7.

הן P. 386. A. הֵן: vid. Hupfeld. in Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 151. Ges. Cf. Lex. man.

P. 387. A. lin. 31: dele numeros 7 et 9. Ges.

הפך P. 388. A. lin. 6 scrib.: urbem 2 Sam. X, 3, terram 1 Par. Ges. [Ibid. no. 3 ex. Ps. CXIV, 8 ad significationem transitivam pertinet. Roed.]

הרה P. 389. B. הָרָה: Origo potius videtur esse in *intumescendo*, coll. הָרַר, הַרְהַר. Ges. Cf. Lex. man.

הרר P. 391. B. הַר post nr. 2 scrib.: Nomina propria sunt: a) הַר חֶרֶס (mons solis) oppidum Danitarum, certe una cum horum oppidis, Ajjalon et Saalbim (Jos. XIX, 42) commemoratum Iud. I, 35, fortassis i. q. עִיר שֶׁמֶשׁ Jos. XIX, 42. Ges. [b) הַר יְעָרִים (mons silvarum) n. pr. oppidi in tribu Iudae Jos. XV, 10, quod etiam nomen gerebat כְּסָלוֹן, vid. ibid. Roed.] Fortasse scribendum est עִר יְעָרִים. LXX *πόλις Ἰαρίμ.* Ges.

P. 392. A. lin. 3: [dele Num. XXXIV, 7. 8, pertinent enim hacc ad הֹר sub litt. b. Roed.]

— B. הררם in cod. Sam. pro אֲרָם, alludit nomini הַר (mons). Ges.

תחת — - תָּחַת: [Abulwalidi verba sic legenda sunt: انا اشبّهه باللفظ العربى اعنى بقولهم (בק ms.) هتّ الرجل بنقطتين الخ'. Roed.]

ו

ו P. 394. A. lin. 8 adde: Jes. LVII, 18: לוֹ וְלַאֲבֵלָיו *ipsi* (populo) *et* praecipue *lugentibus.* Porro sequentibus locis, in quibus praeponitur nomen specialius, adde Jes. III, 1. V, 3. XXII, 21. Ges.

— - litt. c adde: Iud. VII, 22: וּבְכָל־הַמַּחֲנֶה *et quidem in totis castris.* Ges. [Eodem modo explicari potest, si lectio certa, 2 Sam. XX, 14: אָבֵלָה וּבֵית מַעֲכָה *Abelam et eam quidem quae vocatur Abel Beth Maacha*, cf. vs. 15 et 18. Roed.]

— - lin. 29 scrib.: וּמֵעֹלָם *idque diu.* Ges.

— - litt. d: Gen. I, 14 sic verte: *erunt in signa eaque pro temporibus* i. e. temporibus dispescendis inservientia (zu Zeichen und zwar für die Zeiten) etc. Ges.

— B. litt. e adde exempla: Gen. XXXII, 16: וּמֵנִיקוֹת וּבְנֵיהֶם שְׁלֹשִׁים מֵינִיקוֹת וּבְנֵיהֶם שְׁלֹשִׁים *cameli lactantes cum pullis suis triginta* (ubi cameli parentes tantum

Digitized by Google

videntur numerari). Iud. VII, 10: *si te piget degredi* (sc. solum) רֵד אַתָּה וּפוּרָה נַעֲרֶךָ *degredere tu cum Pura puero tuo.* 1 Reg. XX, 20: *eripuit se Benhadad rex* עַל־סוּס וּפָרָשִׁים *equo insidens et equites* i. e. *cum equitibus* nonnullis. Eccl. VII, 25: סַבּוֹתִי אֲנִי וְלִבִּי *me converti ego et animus meus* i. e. animo meo (mit meinem Herzen) me applicui, nisi forte cum 28 codd. Kenn. et 44 Ross. scribendum est בְּלִבִּי. Ges.

P. 395. A. litt. i: וְ disiunctive poni, Maurerus ad Jer. XLIV, 28 prorsus negat, sed nescio an satis certum exemplum insit verbis 1 Reg. XVIII, 27: כִּי־ שִׂיחַ וְכִי שִׂיג וְכִי־דֶרֶךְ לוֹ *si forte meditatio ei est vel secessio vel iter.* Fortasse liceat etiam recurrere ad Iob. XXVIII, 17: *sapientiae non aequiparatur* זָהָב וּזְכוּכִית *aurum vel vitrum.* Ges.

— B. post k) pone l) pro 2). Ges.

— - Ad aa) adde exempla Iud. VI, 13 (וְיֵשׁ) et Ezech. XXVII, 2 (וְאַתָּה). Ges.

P. 396. B. litt. dd, *β* dele locum Iob. XXI, 6; at ibid. litt. *α* adde Ps. XXXI, 12: וְלִשְׁכֵנַי *et* ipsis *vicinis meis.* Ges. [Singularis exaggeratio inest in verbis 1 Reg. II, 22: *cur pro Adonia mulierem expetis?* וְשַׁאֲלִי לוֹ אֶת־הַמְּלוּכָה *immo pete regnum.* Roed.]

P. 397. B. Quae sub no. 3 posita sunt exempla pleraque ad no. 2 revocari possunt, ut Gen. XX, 3: *quum tamen ea maritum habeat,* Ps. LX, 13: *quum vanum sit auxilium hominum.* Ges.

ודן P. 398. B. וָדָן n. pr. urbis arabicae, unde textilia (מְאוּזָּל), ferrum fabrefactum (בַּרְזֶל עָשׂוּת), cassia et cinnamonum (קִדָּה וְקָנֶה) Tyrum advehebantur Ezech. XXVII, 19. Nihil probabilius, quam agi h. l. de urbe et emporio *Aden* (عدن), cui has ipsas merces tribuit Edrisi I, 51 ed. Jaubert: „La ville d'Aden est petite, mais renommée à cause de son port de mer, d'où partent des navires destinés pour le Sind, l'Inde et la Chine. On y apporte de ce dernier pays des marchandises telles que *le fer, les lames de sabre damasquinées, ... la cannelle,* le cardamome, les myrobolans, *diverses étoffes tissues d'herbes et d'autres riches et veloutées* caet." Itaque ap. Ezech. reponendum עדן vel ועדן, nisi forte statues, דָּן ortum esse ex עֲדָן, Ain initiali abiecto. Ges. cf. Lex. man. [Movers in Encyclop. Hal. sect. III. vol. 24. p. 355 et ipse Aden emporium intelligit, sed ודן *Uden* secundum Phoenicum pronuntiationem scriptum esse suspicatur. De urbe Aden vid. Wellstedii itin. Arab. ed. germ., Hal. 1842. 8., II, 290—305 et a me notata ibidem, adde J. P. Malcomson account of Aden, in Journ. of the R. Asiat. Society vol. VIII. p. 279—292, Harris' highlands of Ethiopia vol. I. p. 16 sqq., J. Wilson the lands of the Bible, Edinb. 1847. 8., vol. I. p. 10 sqq., Lex. geogr. ed. Juynboll. vol. II. p. 241. Moschtarik ed. Wuestenfeld. p. 304. 362. Kazwini ed. Wuestenf. II, 67. Ritter Erdkunde XIII, 241—250. 677—702. — Extat quidem in Arabia urbs *Waddân* (وَدَّان), inter Meccam et Medinam sita (Istakhri ed. Moeller. p. 12. lin. 8, Lex. geogr. III, 280), sed mihi quoque in loco Ezech. mendum videtur inesse. Roed.]

והב P. 399. A. lin. 2: Scripturam receptam dico אֶת־וָהֵב in duo verba distinctum. Nam alia ratione Verss. antiquae a recepta scriptura discedunt. LXX: τὴν *Ζωὸβ ἐφλόγισε* [ubi בְּסוּפָה videtur omissum esse, וָהֵב autem duplici modo, falso utroque, expressum, nempe זהב et להב]. Pesch.: ܠܗܒ ܕܙܗܒ (אֶת־לַהַב). Saad.: مِنَ الدَّرَادِيرِ الْقُلْوُم i. e. *ex voraginibus* (mare) *Kolsum* (?). Samar.: עם רעמה בסופת. Gr. Venet. tamen ipsum hebraeum אחוהב transcripsit sic: *Ἐτεβαίβη ἐν λαίλαπι.* Ges. [Salomo Norzi quoque in certis iisque bonis codicibus mss. אתוהב continuis litteris scriptum esse testificatur. Roed.]

וזר — B. וָזַר: Praeter וֶזֶר cf. etiam اِتْقَال onera de peccatis dicta. Ges. [Cor. Sur. 29, 12. Roed.]

— - וַיִּזְתָּא: Benfey Monatsnamen p. 199 hoc nomen explicat *ex haóma natum* putatque compositum esse ex zend. *vahya* melior, quod est Haomae epitheton, et *zdta* natus. Ges. [Ab iisdem verbis ducit Oppertus, sed explicat „mieux-né, bien-né", Journ. asiat. 1851. Jul. p. 63. Roed.]

— - וַשְׁנִי: Locum feliciter emendat Movers Chronik p. 84: הַגִּבּוֹר יוֹאֵל הַשֵּׁנִי אֲבִיָּה, coll. 1 Sam. VIII, 2. Ges.

— - וַשְׁתִּי: Benfey l. c. = zend. *vahisti* optima. Pott Etymol. Forsch. T. I. p. LXIV = pers. بِهِشْتِي q. d. paradisiaca. Ges.

ז

זאב P. 400. B. זְאֵב *lupus*: Hieroglyph. et hierat. *sib, sebi, sibi* lupus, vid. Champoll. gramm. aeg. p. 73. 83. 84, proprie autem canis aureus (Schakal), cuius imagini hoc nomen alicubi ascriptum est, v. Rosellini monum. civil. tab. XX. no. 4. T. I. p. 211. Lupus copt. vocatur ⲟⲩⲁⲓⲃ. Hodie Aegyptii canem aureum quandoque appellant *dhib* i. e. ذِيب. Ges. [Vid. Marcel, vocabulaire français-arab. s. v. Chakal. — Fleischero auctore (v. Schriften der kön. Sächs. Ges. d. Wiss. 1847. p. 430) זְאֵב proprie notat *abactum* vel *profugum* animal, a verbo ذَأَبَ propulit, abegit, i. q. خَوَّف, طرد, ساق sec. Kam., cf. ذَبَّ huc illuc ivit, ذهب abiit, ut شَقْذٌ et شَقْذَانٌ lupus, a شَقَذَ i. q. ذهب (Kam.) abiit, IV i. q. طرد abegit. Roed.]

Digitized by Google

זבב P. 401. A. זָבַב: Hoc potius eandem significationem habet quam זָמַם (v. ad hoc Add.), nempe *susurravit, bombum fecit*, germ. *summen*, hinc זְבוּב, ut vox *musca*, a susurro et bombo dicta, affinitatem prodit cum verbis mutire, mussare, mussitare, *μύζειν*. Ges. Cf. Lex. man. [Melitense *dybbyn* musca, est arab. vulgare ذُبَّان *dubbân*. Roed.]

— - זַבַּי n. pr.: [Pro „Keri" scr. Kethib. Roed.]

זבר — - infra: Adde *Ζαβδίβηλος* n. pr. praefecti Arabum ap. Polybium V, 79. Ges. [In glossa Bar Alii scrib. المهر pro الماهر, et sic in sqq. p. 401. B. scrib. لحلحل pro لحلحل. Ibid. verba Abulwalidi, quae in codice paene evanuerunt, ut monet Ges. in apogr., sic restituo: مجانس للفظ العرب التى تقول زبدتُ الرجلَ وزبدنى الرجلُ اى اعطيته او اعطانى شيا

P. 402. A. זַבְדִּי n. pr. no. 1, Jos. VII, 1: add. vs. 17. 18, ubi LXX *Ζαμβρί*, quod aptum est ad scripturam Chronistae זִמְרִי. Ges. [No. 4: cf. Add. ad זִכְרִי. Roed.]

זבח — - זָבַח: Cf. aeth. ZBH: sacrificare. Ges. [Adde phoen. זבח sacrificavit, inscr. Massil. lin. 15. 16, et subst. זבח sacrificium ibid. lin. 12. 14. 15, בעל הזבח is qui offert sacrificium ibid. lin. 4. 6. 8. 10. 21. Roed.]

זבל P. 403. A. זְבוּל: Hab. III, 11 pro „suum locum in coelis obtinet" scrib. abscondita, abdita se tenent, non lucent. Ges.

זגג — B. lin. 7 a fine: dele verba „quam potestatem habet חרצנים q. v." Ges.

זה P. 404. A. lin. 25: pro „raro indefinite" scr.: raro sine articulo. Ges.

P. 405. A. no. 2: Cf. germ. vet. *ir* (i. e. er) i. q. qui, v. Graff Sprachschatz p. 40. Ges.

— - no. 3: Cf. aeth. HP: hic, AZOH: hinc, chald. מִדֵּין hinc. — Ut זֶה nonnunquam reddi potest *en*, ita זֹאת certe in uno loco Zachar. V, 7: וְזֹאת אִשָּׁה אַחַת *et en mulier*. — Ceterum vide Hupfeldi doctam de pronominibus disputationem in Zeitschrift für die Kunde des Morgenl. II, p. 430 sqq. Ges.

P. 406. B. זַלָּוָה: pro „Milêl" scrib. Milra. Ges.

P. 407. B. lin. 1 sq.: dele verba: „Cf. germ. — dictum". Ges.

זהם — - זָהַם: Vicinae radd. sunt زخم, سخم, cf. Hupfeld. in Zeitschr. f. d. Kunde d. Morgenl. III, 408. Ges.

זוז P. 410. A. זִיז: [Melit. *sejzæ* est arab. vulg. سِجْزَى. Roed.]

— B. [Adde: זָזָא n. pr. viri e tribu Iudae 1 Par. II, 33. Roed.]

זוף P. 411. B. זָפַת: dele verba „סַלַּת a סָלַל, rad. סלל", nam סַלַּת est a rad. סָלַת, q. v. Ges.

— - זִיף n. pr. 1): Collem *Tell Ziph* appellatum et urbis ruinas ei vicinas invenit Ed. Robinson (Palaest. II, p. 417). Ges.

זור P. 412. A. II. זוּר: lege: cui vicinum סוּר, et s. no. 2, a, dele verba „Jes. I, 7: כְּמַהְפֵּכַת זָרִים", nam זָרִים h. l. est i. q. זֶרֶם *imber* vehemens, *inundatio*. Ges.

— B. זָרָא *fastidium*: add. Num. XI, 20. Ges.

— - lin. ult.: Vid. Add. ad מָזַר.

זכר P. 414. B. זָכַר no. 1 litt. e: Jer. II, 2 זָכַר non in malam, sed in bonam partem dictum est. Ges.

P. 416. A. lin. 3: Lex. Adler. quoque nil habet nisi זَكَرٌ ذكر من كل شى كبش i. e. *mas in quacunque re, aries*. Ges. [Bar Alii glossa arabica: الذكر من كل شى والكبش خاصة يسمى بهذا الاسم i. e. *mas in quacunque re, et aries speciatim sic vocatur*. Praeterea, ut arab. ذَكَر, penem notat Barhebr. chron. p. 382. lin. 10. Roed.]

— - זִכָּר: Aeth. HNC: memoria, sed etiam HNC: monumentum huc pertinet. Ges.

— B. זִכְרִי n. pr. no. 2: Adde Neh. XII, 35. Idem vocatur זַבְדִּי Neh. XI, 17, ut apud Syr. in Paralip. quoque. Ges.

P. 417. A. lin. 1: זַכַּרְיָה Neh. XII, 16 memoratus idem est qui sub no. 4. Ges.

זלג — - מִזְלֵג: Talm. transpositis litteris מַלְגֵּז furca bidens vel tridens, qua stramen accipitur et miscetur, v. Buxt. lex. col. 1123. Ges.

זלל — B. זְלֻלוֹת Ps. XII, 9: verte cum Maurero: *undique ambulant improbi, ut si exsurgit* ingruit *procella* s. *tempestas in homines*, nam זְלֻלוֹת est *procella, tempestas*, ut syr. ܙܠܠܐ, a זָלַל concussit, quassavit, cf. זַלְזָל [non זַלְזַל ut s. Niph.] terrae motus. Ges. cf. Lex. man.

P. 418. A. lin. 3. זַלְזַלִּים: scrib. זַלַּזְלִים.

זמם — B. זָמַם: *meditatus est* aliquid, consilium cepit, sibi proposuit aliquid. Origo potius est in *mussitando, murmurando* et voce submissa, qua uti solent qui secum loquuntur et meditantur, cf. זמזם, זָבַב (Add.), הָמָה, הָמַם. Ges., cf. Lex. man. s. h. v. et s. זָמַר.

P. 419. A. זְמוֹתַי: Verba Ps. XVII, 3 זַמּוֹתִי בַּל־יַעֲבָר־פִּי explices: *cogitationes meas non praeterit os meum* i. e. sermones mei nil discrepant a mente mea, vel: quod *cogito* (זַמּוֹתַי), *non discedit os meum* ab eo. Ges., cf. Lex. man.

זמר P. 420. A. זָמַר: Huius radicis aliarumque finitimarum origines exploravit ipsasque nova ratione dispescuit Hupfeldus in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. III, p. 394 sqq., eique magna ex parte astipulatus est Ges. in Lex. man. — [Ceterum زبر „putavit vitem" apud Arabes orientales, quod sciam, non est in usu, sed in Mauritania frequentatur. Dombay gramm. p. 132: „Putare arborem زبير *zebîr*". Marcel vocabular.: „Tailler un arbre زبر, Taille des arbres زبير *zebîr*". German. de Siles. fabrica l. arab. p. 792: „Potare, tagliare come viti, Putare, ut vites

Digitized by Google

زبر بزبر الكرم, Potatore, Putator زبار". Legi זְבַר pro hebr. זָמַר ap. Arab. Erpen. Lev. XXV, 3. 4, ap. Saad. Jes. V, 6, et in prov. ازبر كرمك بيدك لا بيد غيرك puta vitem tuam propria tua manu, non alius manu. Cf. melitensia. — Pro „זִבַּר III. villosus fuit", lege רִבַּר villosus fuit, verb. denom. a זִבָּר villosa panni superficies, vid. Gauhari lexicon. Est lapsus Golii. Apud Freytag. autem זִבַּר omissum est. Roed.]

P. 421. A. זְמוֹרָה no. 2: [Virgultorum fascis a Persis solem colentibus gestatus (zend. *barĕçman*, rad. *berez* crescere) agitur Vendidad farg. XIX, §. 19 ed. Westergaard. vol. I, p. 470 (Spiegel der neunzehnte Fargard §. 63. 64, partic. II, p. 98 sqq., cf. Rud. Roth ibid. p. 133). Roed.]

— B. מִזְמוֹר: Praeter arab. مزمور cf. زَبُور psalmi, زَبُور psalterium. Ges. [مَزْمُور pl. مَزَامِير de psalmis maxime a Iudaeis Christianisque arabice scribentibus frequentatur, زَبُور de psalmorum libro legitur in Corano Sur. IV, 161 et XVII, 57 (ubi Hamza lector pronunciabat زُبُر i. e. libri, pl. vocis زَبُور scriptum, a verbo زَبَرَ scripsit). Et زَبُور quoque scriptum librum notat, cuius pl. زُبُر (libri, v. c. Labîd Muall. vs. 8) in Corano potissimum de libris Iudaeorum pseudepigraphis videtur dici Sur. III, 181. XXXV, 23 (ubi Baidhav.: كصحف ابراهيم). XVI, 46. XXVI, 196. LIV, 43. Roed.]

זנק P. 424. B. אֲזִקִּים Jer. XL, 1. 4 esse manuum vincula s. manicas, e vs. 4 apparet. Ges.

זעק P. 426. A. זְעָקָה: Quo sensu זַעֲקַת שָׁבָר sit dictum, monstrant verba Jer. XXX, 15: מַדּוּעַ־תִּזְעַק עַל־שִׁבְרֵךְ. Ges.

זרב P. 428. B. זָרַב: [In Kimchii verbis lin. 3 scr. כמרזב pro במרזב, lin. 4 רבותינו, lin. 8 post זל adde כלומר, lin. 9 scr. יזרבו pro יקרבו, et in horum interpretatione *poculum* (כָּסָא), non solium. Tres loci a Kimchio adhibiti sunt Baba bathra 58, b, Joma 78, b et Cholin 76, a. Roed.]

P. 429. A. lin. 8 [pro „R. Samuel B. Zemach" scr. R. Simeon ben Zemach Duran. Roed.]

זרד — - זָרַד: Cf. quae infra s. v. עָרָב *salix* afferuntur a Ges. p. 1065. B.

זרח P. 430. B. זֶרַח הַכּוּשִׁי n. pr. regis ducisve Aethiopum, qui Asa regnante Iudaeam invasit 2 Par. XIV, 8. Champollione auctore (Précis du système hiéroglyph., ed. 2., p. 257) idem ille est, cuius nomen in monumentis Aegyptiis OCOPKH scriptum est, et qui apud Manethonem sec. Africanum et Eusebium Ὀσορθών (scrib. Ὀσορχών) vocatur, rex secundus dynastiae XXII. Bubasticae, Sesonchis (שִׁישַׁק) successor. Cf. Rosellini Monumm. storici II, 87—91 [Bunsen, Aegypt. III, 128]. Ges.

זרם P. 431. B. זֶרֶם pro זֶרֶם dictum Jes. I, 7. Hoc verum est, v. Add. ad זוּר. Ges.

זרע P. 434. A. יִזְרְעֶאל no. 1: Situm erat hoc oppidum, ubi nunc extat vicus *Zer'în* زرعين cum fonte (1 Sam. XXIX, 1) in praecipitio collis ad marginem planitici situs. Vid. imprimis Ed. Robinson. Palaestina III, 395 sqq. Apud Willermum Tyrium idem locus „parvum Gerinum" vocatur, apud Benjam. Tudel. mendose זרזין. Ges. [Benj. itin. ed. Asher p. 24: זרזין היא יזרעאל ושם מצין אחד גדול. Roed.]

זרף — B. זַרְזִיף: conflatum e radd. זָרַף et רָזַף = syr. ܙܪܦ stillavit. Ges. Lex. man.

זרר P. 435. B. זַרְזִיר: In Talm. Baba kama f. 92, 2 haec vox significat *sturnum* avem. Ges. [ut arab. زرزر et زرزور. Roed.]

זרש — - זָרַשׁ: Cf. Benfey Monatsnamen p. 199. Ges.

זתר P. 436. B. זְתַר: Benfey l. c. hoc nomen persicum exponit *sacrificans*, i. q. zend. *zaŏtar*. Sed eunucho id parum aptum fuerit. Ges.

ח

חבא P. 437. A. חָבָא: Cf. etiam aeg. ḥbi, ḥbn occultare, abscondere. Ges.

חבה — B. חוֹבָה: Cf. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 2. p. 289 et Tuch ad Gen. XIV, 15. Ges. [Prope Damascum est vicus *Dschôbar*, جوبر, Jobar ap. Buesching., sacer Iudaeis, quod eum pro חוֹבָה habent. Vid. Alfr. von Kremer, Mittelsyrien und Damascus, Vienn. 1853. 8., p. 170 sq. Roed.]

חבל P. 439. B. חֶבֶל: Dele verba extrema „De aliis doloribus etc." nam Iob. XXI, 17 חֲבָלִים sunt *sortes*, Loose, Geschicke: quod add. sub חֶבֶל 1, a, α. Ges.

P. 440. A. lin. 5: De loco Jos. XIX, 29 vid. Add. ad חֲלָבָה p. 473. B. Ges.

— B. חֲבַצֶּלֶת: [Lutherus hoc non rosam interpretatur, sed in Cant. florem („eine Blumen"), ap. Jes. lilia. Roed.]

חבר P. 442. A. חֲבוּר: [Syr. ܟܦܐ et ܟܦܬܐ Assem. l. c., nec non ܐܣܦܘܢ ibid. p. 227 et diss. de Monophys. s. v. Chabura. Roed.]

P. 443. A. חֲבַרְבָּרוֹת: vel *maculae* sunt leopardi (נָמֵר, est enim maculosus leopardus), vel potius *virgae* s. *striae* tigridis, quum nomen נָמֵר hoc quoque animal, ut in lingua aethiopica, videatur complecti, vid. s. v. נָמֵר infra p. 889. B. Ges.

חגב P. 444. A. חָגָב lin. 8: „extrusor". Expunge hoc verbum

Digitized by Google

monstrosum, quod nescio quo casu, dum plagula tertium castigaretur, irrepsit; volui exultantem (locustam), petauristam cum Varrone dixeris. Ges.

חדד P. 446. A. חָדַד Hiph. *acuit*: [Prov. locum verto: *ferrum acuit aliquis in ferro, et vir acuit* etc. Vid. quae de יָחַד et יַחַד dixi in Indice grammatico et analytico, supra p. 6. Roed.]

— - חָדַד: Pro 1 Par. I, 50 leg. 1 Par. I, 30. Illic est nomen חֲדַר, quod nescio an et hic et Gen. XXV, 15, ubi non pauci codd. mss. et edd. חָדַר, restituendum sit. Ges.

חדל P. 447. A. חָדַל no. 2: Iob. XIX, 14: חָדְלוּ קְרוֹבַי *desistunt cognati mei* scil. מֶמֶּנִּי a me, i. e. me deserunt. Ges.

— B. חָדַל lin. 2: pro דוּמָיָה scrib. דוּמָה. Ceterum Olshausenius observv. crit. p. 18 pro חָדַל Jes. XXXVIII, 11 ex coniectura poni vult חֶלֶד (ut ceteri homines qui habitant) *mundum*. Ges. [Nec aliter Hupfeldus comm. ad Ps. XVII, 4. Roed.]

P. 448. A. חִדֶּקֶל: Vid. Benfey Monatsnamen p. 202 sq. Ges. [In lingua vet. pers. Tigris fluvius vocatur *Tigrâ*, v. inscript. Behist. col. 1, §. 18, cf. Rawlinson in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XI. p. 159. Benfey die pers. Keilinschriften p. 82. Oppert in Journ. asiatique 1851. Apr.-Mai p. 420 sq. In inscriptionibus Assyriis cuneatis hoc nomen non uno modo scriptum est, Rawlinson dubitanter legit Hattikkar vel Hattiggar (Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XII. p. 428), et De-ig-lat (pronunc. Diglat) in inscriptionis Behist. parte assyrio-babylonica legit Hincks (in Transactions of the R. Irish Acad. vol. XXII. 1852. p. 341). Roed.]

חדר — B. חַדְרַךְ: Varias de hoc nomine coniecturas attulerunt Maurerus Hitzigiusque ad Zachar. IX, 1. Ges. [Adde: Ewald. die Propheten I, p. 312, in ephemerid. Gotting. 1852. April. p. 596 et nuper ibid. 1856. April. p. 665, ubi affert nomen idoli in Mabug culti חזנץ (pro quo חזנץ scribi iubet) ap. Cureton. spicileg. syr. Lond. 1855. p. 25 lin. 16. Roed.]

חדש P. 449. A. חָדַשׁ: Affinis est rad. קָדַשׁ pr. nituit, hinc קָדוֹשׁ purus, sanctus fuit, et חָדַשׁ recens, novus fuit. Ges.

חדת P. 450. A. חָדַת: [Hinc etiam חֲדַתָּה חָצוֹר (castellum novum) n. pr. oppidi, q. v. infra s. חָצוֹר p. 513. A. Roed.]

חוד — B. adde: מְחִירָה (fort. coniunctio a chald. Pa. חַיֵּד coniunxit, Ges. lex. man. s. v.) n. pr. m. Esr. II, 52. Neh. VII, 54.

חום P. 451. B. חוּם. Ad hanc radicem adde: *Aph. resarcivit* murum Esr. IV, 12. Cf. רָפָא. Ges.

P. 452. A. חוּם lin. 11 scrib.: *ne hilum quidem lucri habeo ex te.* Ges. [Add. Coranicum لَا يُظْلَمُونَ فَتِيلًا Sur. IV, 52. 79. XVII, 73. Roed.]

חול — B. חוּל: [Ad „thes. append." Ges. hic ablegat lectorem, sed nihil dat praeter ea, quae s. rad. אוּל exposuit in Lex. man. Roed.]

P. 455. A. adde: חָלְחוּל n. pr. oppidi in montanis Iudae, teste Hieronymo (v. Elul) haud procul a Hebrone. Jos. XV, 58. Ibi locorum, unius leucae spatio, in itinere Hierosolyma ducente, ad moscheam Neby Yûnas extant rudera hodie *Halhûl* dicta, v. Robinson. Palaest. I, p. 359, cf. Niebuhr itiner. III. p. 69. Ges. [J. Wilson the lands of the Bible I. p. 384. Ibn Nabulusi itiner. Hieros. cod. Berolin. f. 170 recto. Roed.]

— - [adde: מְחוֹלָתִי, v. אָבֵל מְחוֹלָה pag. 15. Roed.]

חוץ P. 456. A. חוּץ: [Pro חֲצוֹת Jes. V, 25 in bibliis Bombergianis aliisque scriptum extat חָצוֹת, v. J. H. Michaelis ad h. l. Roed.]

חזה P. 460. B. חָזָה no. 2: [Abulwalidi glossam ita restituo, ut pro verbo, quod Ges. in cod. ms. fere evanidum esse et in apographo suo dubitanter vel צרדנא vel ינרדנא legi posse indicat, ipse autem postea ينظرنا legit, confidenter ponam يُنْذِرُنَا (ינרדנא), et post يُ ex ipso apographo Geseniano adiiciam عند, quo facto haec prodit e verbis sententia: *non improbabile est, si* חָזָה Jes. XXVIII, 15 *repetas a* חָזָה (Ps. LVIII, 11) *spectandi significatu et vertas: posuimus ei excubitores* (Ges. apogr. סליעא, rectius طَلِيعَة), *qui nos praemoneant de ea* (morte), *ubi appropinquet nobis, et tum eam avertemus.* Roed.]

P. 461. A. חוֹזַי 2 Par. XXXIII, 19: Vide quomodo huic loco mederi studeat Movers Chronik p. 81. Roed.]

— - חָזוֹן no. 2 scrib.: *vaticinium* quodvis etc. — In inscriptionibus Jes. I, 1 al. חָזוֹן est i. q. סֵפֶר חָזוֹן, quod et ipsum legitur Nah. I, 1, ut סֵפֶר תּוֹלְדוֹת Gen. VI, 9 i. q. סֵפֶר תּוֹלְדוֹת Gen. V, 1. Ita bene Hitzig. ad Jes. I, 1. Ges.

— B. חֲזָאֵל: Altera scripturae forma etiam 2 Par. XXII, 6 invenitur. Ges. [Huius regis nomen in obelisco Assyrio legitur *Kha-za-ah-il*, vid. Hincks in Transact. of the R. Irish Acad. vol. XXII. 1852. p. 322. Roed.]

חזק P. 464. A. חִזְקִיָּה: Hiskiae nomen apud LXX non Ἐζεχίας scribitur, sed Ἐζεκίας. Plenior et antiquior nominis forma est יְחִזְקִיָּה (quem *Jehova roborat*) Hos. I, 1. Jes. I, 1. Ges. [In monumentis Assyriis, ut in obelisco et in inscriptionibus Sanheribi extat huius regis nomen *Khazakiyau*. Roed.]

חיה P. 468. A. *Pi.* חִיָּה no. 1, a, Hab. III, 2: Perbene Hieron.: vivifica quod pollicitus es h. e. imple promissum. Et ita quoque Raschi. In membro versus parallelo est חַוְּדִיעַ. Ges.

— B. חֲיָה chald. *Aph.* part. מַחֲיֵי Dan. V, 19: in plurimis libris מָחֵא, fortassis quia exponebant *percutiens*, a rad. מְחָא. Ges. [Immo מָחֵא idem est quod מַחֵא, quemadmodum Syri plerumque quidem ܟܕܡܢ scribunt, nonnunquam vero etiam ܟܕܡܢ. Roed.]

Digitized by Google

P. 468. B. חִיאֵל: scrib. 1 Reg. XVI, 34.

חיי P. 470. A. חַיָּה A, 2, בָּעֵת חַיָּה: De simili Syrorum locutione vid. Michael. ad Castelli lex. syr. p. 478. Ges. [Nempe Castellus in lex. heptagl. s. v. מא syr. haec habet: „كصنس, كصنس, كصنس postea, Luc. 13, 9. Duobus abhinc diebus. Nov. 331. Ar. لعم قابل BB." In quibus illud كصنس corruptum est, ut et كصنس, quod in lex. Adler. sine interpretatione ponitur, et Bar Bahluli glossa corrigenda لعام قابل i. e. anno proximo. In graecis Luc. l. c. est εἰς τὸ μέλλον, quod in vers. Harclensi redditur ܠܫܢܬܐ ܕܐܬܝ, in Pesch. autem sec. Polygl. Paris. et Angl. editionemque Urumiensem a. 1846 factam كصنس, sec. Widmanst. tamen ceterasque edd. كصنس. Quod utrum recte explicetur *anno proximo*, ego non definio. Roed.]

P. 471. A. חַיָּה no. 4: חַיַּת נֶפֶשׁ Ps. LXXIV, 19 praestat interpretari *agmen sanguinolentiae* i. e. agmen hominum sanguinolentorum, vid. חַיָּה B, 2 et נֶפֶשׁ no. 3. Ges.

חכה — B. חָכָה pr. *spectavit* (vic. שָׂכָה et aram. סְכָא, vid. infra p. 1329), inde sq. לְ *exspectavit, desideravit* aliquid (qs. oculos mentemve defixit in alq., germ. *ausschauen nach* etwas). LXX Iob. III, 21 *ἱμείρομαι*. Sq. gerundio Jes. XXX, 18: וְלָכֵן יְחַכֶּה יְ לַחֲנַנְכֶם *et propterea Jehova desiderat vobis* denuo *propitius esse*, nihil magis in votis habet quam ut vobis denuo favere possit. In altero hemistichio respondet יָרוּם assurgit ad aliquid faciendum, quod prope accedit ad vim arab. رام, *ὀρέγεσθαι*. Ges., cf. Lex. man.

חכל — - חָכַל: Propria huius rad. vis est *nigrum esse*, quod in derivv. dicitur de *oculorum nigrore* coruscante et scintillante, eius nimirum qui vino incaluit, et 1) primum quidem in bonam partem Gen. XLIX, 12: חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן *oculis nigris* et scintillantibus *a vino*, quod ad vini in tribu Iudae ubertatem pertinet; 2) in malam partem Prov. XXIII, 29, ubi חַכְלִלוּת עֵינַיִם *nigror* radians *oculorum* (Wuth sprühende Augen) pertinet ad ferociam ebrii. In Gen. l. c. egregie Aquila vertit (ὀφθαλμοὶ) *κατάκοροι* i. e. saturati, saturo colore, LXX *χαροποιοί* laetifici, sed sec. alios codd. *χαροποί* [ut Symm. etiam Prov. l. l.] i. e. vel rutili, vel caesii i. q. *γλαυκοί*, vel, ut in schol. graeco est, *θερμοί*, *διάπυροι*. Syr. ܚܟܠ rutili vel caesii (cf. ܐܟܠ scintillavit, fulsit, et arab. زَرِقَ caeruleum et lividum colorem habuit oculus). Nigredinis significationem habes in vic. בָּחַל denigravit oculos stibio, obscuritatis autem notio in rad. arab. حكل secundaria est. Ges.

[Nigrorem habes in rad. חָלַךְ quoque, q. v. Ceterum حَاكِل sine dubio est i. q. مُحَمَّن, sic enim recte legitur in turcica Kamusi interpretatione ab 'Asim Efendi (non a Wankuli) facta, falso in ed. Calcutt. مُحَمَّر. Pro חַכְלִילִי autem pone חַכְלִיל, ־י enim terminatio est illa, de qua egi in gramm. hebr. §. 90, 3, *a*, ed. 17. Roed.]

חכר P. 473. A. Adde rad. חָכַר, quae in certis codd. Iob. XIX, 3 legitur pro הָכַר, vid. ad hanc Add. Ges.

חלא — - חֶלְאָה *aerugo:* videtur et hoc esse ab aegrotando, pr. *morbus externus, scabies, lepra* metalli, ut arab. حَلِئَ dicitur de pustulis in labio, germ. Ausschlag. Ges., cf. Lex. man.

חלב — B. חֶלְבָּה n. pr. oppidi Iud. I, 31: Studerus idem hoc esse opinatur, quod hoc ipso loco אַחְלָב vocatur. Probabilior eiusdem viri docti coniectura, pro חֵלֶב Jos. XIX, 29 ponendum esse חֶלְבָּ = חֶלְבָּה. Ges. [Ex his igitur emendanda sunt, quae leguntur in Lex. man. ed. altera p. 309 s. v. חֶלְבָּה. Roed.]

— - חֶלְבּוֹן Ezech. XXVII, 18: [Sunt, qui non Halebum urbem (Aleppo) intelligant, sed vicum parvum, *Helbón* حلبون nunc appellatum, cum valle cognomine ad Antilibani radices, a septentrione Damasci. Is enim locus vitibus abundat, e quarum uvis vinum paratur, quod optimum per totam Syriam putatur, quum contra Halebi regio, certe nostris temporibus, boni vini fama prorsus careat. Vid. Robinson in Zeitschr. der D. morgenl. Gesellsch. vol. VII. 1853. p. 69 sq., von Kremer Mittelsyrien u. Damascus. (Wien 1853. 8.) p. 184, J. L. Porter in Bibliotheca Sacra a. 1854. m. Jul. p. 450 eiusdemque libr. Five Years in Damascus (Lond. 1855. 8.) vol. I. p. 332 sqq. Roed.]

חלד P. 475. A. חֶלְדַּי no. 1: v. חֶלֶב no. 3 (non 2). — no. 2: חֶלֶם Zach. VI, 14 sine dubio vitiose scriptum pro חֶלְדַּי. Ges.

חלה — B. חָלָה *Pi.:* [Ut aeth. ሐለፀ፡, ita etiam arab. حُلْوَان est donum quod iudici datur corruptionis ergo, item honorarium auguris, aliusque generis munera, v. Hariri ed. Sac. 1. p. 68. Sacy chrestom. arab. ed. 2. vol. III. p. 193 sq. Arabes grammatici hoc a dulcedine dictum putant, v. schol. ad Harir. l. l. Ceterum blandiri saepius est a fricatione dictum, ut in arab. ملق et ملخ, pers. سودن. Roed.]

חלח P. 476. B. חֶלַח = חֶלַח: [Huic simile nomen geographicum extat in inscriptionibus Assyriis, eoque is locus prope Nineven videtur insigniri, qui hodie *Nimrud* appellatur. Vid. Rawlinson in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XII. Lond. 1850. p. 417 et vol. XV. p. XVIII, Hincks in Transact. of the R. Irish Acad.

Digitized by Google

vol. XXII. 1852. p. 335. 347, Oppert in Zeitschr. der D. morgenl. Ges. vol. VIII. 1854. p. 597. Roed.]

חלם P. 476. B. חָלַם: i. q. arab. حلط *festinus fuit* in aliqua re, *institit* [= لَجَّ Kam.]. 1 Reg. XX, 33 verte: *et properarunt et institerunt* ut cognoscerent *num ab ipso* (pronuntiatum sit). Origo est in motu lubrico et celeri, ut in חָלַד, יָלַד, מָלַם et similibus. Ges., cf. Lex. man.

חלל P. 478. B. חַלְחָלָה *dolor*, v. sub rad. חוּל p. 455. — חַלְחוּל n. pr., v. Add. ad p. 455, A. Ges.

חלם P. 480. A. חֲלָמוּת: [scrib.: Saad. et Abulwalides لعاب البيض, et lin. prox.: من قول. Roed.]

חלק P. 483. A. חֲלַק no. 2: [Pro „خَلَاقَة id.“ scrib. خُلَاقَة lapillus, خَلَاق portio boni. Roed.]

חמד P. 486. B. [Adde: חֶמֶד *desiderium, id quod desideratur, deliciae*, hinc *amoenitas, pulchritudo*. שְׂדֵי חֶמֶד *arva amoena* Jes. XXXII, 12. כַּרְמֵי חֶמֶד vineae pulchrae, amoenae Am. V, 11 (ubi codd. mss. pauci habent כַּרְמֵי חֶמֶר vineae vini i. e. vinum praebentes; contra Jes. XXVII, 2 paene omnes codd. mss. editique כֶּרֶם חֶמֶר, paucissimi tantum כ׳ חֶמֶד, vid. s. v. חֶמֶר infra p. 494. A.). בַּחוּרֵי חֶמֶד iuvenes pulchri, formosi Ezech. XXIII, 6. Roed.]

חמה P. 487. B. חוֹמָה Dual. חוֹמָתַיִם: [Haec moenia gemina ab australi parte Hierosolymorum fuisse credibile est prope Siloam fontem, qui ab eadem parte est, vid. שִׁלֹחַ infra p. 1416. Roed.]

חמם P. 489. A. חָם: Nomen Aegypti hierogl. et hierat. script. vid. apud Champoll. gramm. égypt. p. 152. Ges. [Aegyptiaca vocabula radici חָמַם similia eaque nigredinem, calorem fervoremque notantia vid. in Peyronii lex. aeg. p. 66. 293. 328. 351. Roed.]

P. 490. B. Vid. has inscriptiones secundis curis tractatas a Ges. in Scripturae linguaeque Phoeniciae monumm. Lips. 1837. 4. p. 168 sqq.

חמץ P. 492. B. חָמֵץ Hiph. [Abulwalid.: فكذى ← vult فكذا, et deinceps فلان أَحْمَضُ الفُؤَادِ *est aliquis acidus corde*. Roed.]

— - חָמוּץ [Scrib.: Abulw. اقدوا الظليم. Sic enim est in ipso Gesenii apographo אהרוא אלטלים. Roed.]

חמר P. 493. B. חָמַר no. 3: Adde aeth. ሐመረ: cumulavit, ሐምር: cumulus, manipulus, cf. עָמַר. Ges. [Ad fervoris significatum cf. aegypt. ⲥⲙⲏⲣ fermentum, ut arab. خَمِير id. Roed.]

— - חֵמָר: De asphalto maris mortui, arab. حمر, vid. quae disputant Robinson. Palaest. III, 163 et Leop. von Buch ibid. p. 167 sqq. Ges.

חמת P. 495. B. חֲמַת [In glossa Tanchumi pro زادة scrib. زادَه, et لشبهه pro لشبهه. Roed.]

חנה P. 496. B. מַחֲנֶה: Cf. מחנת Panormi nomen in numis Punicis, vid. Monumm. phoen. p. 288 sqq. Ges.

— - מַחֲנֵה-דָן adde: Iud. XIII, 25.

חנח P. 497. A. חוֹחַ 2 Par. XXXIII, 11 prob. de uncinis, quibus captivos alligatos ducebant (cf. צִנּוֹת et סִירוֹת Amos IV, 2). Videsis eiusmodi instrumenta depicta in monumentis Aegyptiis ap. Rosellini monumm. civili tab. 121. fig. 22. De quibus Rosell. T. III. p. 230: „rappresentano certe aste o pali armati di un uncino verso la cima, ai quali solevano legarsi i prigioni ed i malvagi (v. Description de l'Égypte, Antiq. vol. II. pl. 88). Questo palo od asta ha talora la forma ⲇ e altre volte ⲩ e trovasi tra i caratteri determinativi della scrittura geroglifica per esprimere le idee ⲙⲁⲕⲣⲉ, ⲙⲙⲁⲕⲣⲉ *malvagio, impuro*, e in generale *straniero* e *nemico*.“ Ges.

חנם — B. חָנָם no. 2: [Quae hic Abulwalidi tribuuntur, sunt verba Tanchumi Hieros. in al-Murschid s. lex. talmudico. Prior locus Talmud. est Rosch haschana fol. 15, 2. Roed.]

P. 499. A. חָנָמָל. Adde: Aqu. *κρύος*. Symm. *σκώληξ*. Formica hebr. quoque dicitur נְמָלָה q. v. Ges.

חנן P. 500. A. חֵן litt. c: חָנַן חֵן non absolute dictum est Prov. III, 34, sed c. לְ p.: gratiam exhibuit alicui. Ges.

— B. חֵן no. 3: Zach. VI, 14 חֵן *benevolentia* est, non n. pr., vid. Maurer. et Ewald. ad h. l. Ges.

— - חִנִּין: Ad formam huius nominis cf. vetus nomen litterae שִׁין, quod dentem (שֵׁן a rad. שנן) significat. Ges.

— - חִנָּם no. 1: Cf. aeth. ⵀⵏⵣ: in gratia = gratis. Ges.

חנס P. 501. A. חָנֵס: Aegypt. hoc nomen scribitur ϩⲛⲏⲥ (raro ϩⲣⲏⲥ, ϩⲛⲉⲥ, v. Quatremère l. c.), non ϫⲛⲏⲥ etc. Ges.

חנף — B. lin. 29: [pro „Abulwalid“ scrib.: Tanchum in al-Murschid s. lex. talmud. Roed.]

P. 502. A. lin. 7: [scrib. Tanchum, pro „Abulwalid“. Roed.]

חנק — B. lin. 12 a fin.: pro „itidem pietate“ scrib.: et ipsa a pietate.

חסה P. 503. B. [Adde: מַחְסִיָּה (cuius refugium Jehova est) n. pr. m. Jer. XXXII, 12. LI, 59. Roed.]

חסם P. 504. A. חָסַם: [In verbis Kimchii sub finem scrib.: מלת חסמת עברת לשלישי. Roed.]

P. 508. B. חָפְרַע *Hophra*: Nomen huius regis in monumentis Aegyptiis Rosellini (II, 143) repperit scriptum ϩⲫⲣⲏ, vid. eius tab. X. no. 145, b. ⲣⲏ et articulo auctum ϥⲫⲣⲏ haud dubie solem notat, ϩ possit esse ϩⲁ sub, subditus, ut totum nomen „servum solis“ sonet. Ges.

חפש P. 509. A. חָפַשׁ: Ad hoc praeter Ezech. XXVII, 20 pertinet etiam Ps. LXXXVIII, 6: בַּמֵּתִים חָפְשִׁי *inter mortuos est stratum meum*. Vid. Hitzig. Psalm. vol. I. praef. p. X., Ewald. et Maurer. ad h. l. — Itaque expungenda sunt, quae posui s. v. חָפְשִׁי no. 1. Ges.

חצץ P. 511. A. חָצַץ Pi. [Scholion Tanchumi ad Iud. V, 11 sic emenda, ut lin. 1 ante بين interponas في الحصا,

Digitized by Google

lin. 5 pro والتفراج scribas والتفرج, et in fine addas, quo sententia compleatur, للبساتين *hortis:* quae omnia codici ms. consentanea sunt. Denique lin. 6 pro ويفرجوا apogr. Gesen. praebet ויתפרגו, cuius in locum substituo יתפרגו i. e. يتفرجوا. Roed.]

P. 511. B. חָצַץ *Pu.*: lege *divisus annumeratus est, attributus est.* Ges.

חצר P. 512. A. חָצַר: Cf. etiam aeth. ፍጸረ: circumsepsit, ፍጽር: sepes, claustrum, munimentum. Ges. [Amhar. ፍጸረ: et ፍጠረ: circumsepsit, ፍጽር: et ፍጥር: sepes. Roed.]

— B. חָצַר no. 7: Praeter Burckhardtum Robinsonus quoque חֲצֵרוֹת putat eo loco fuisse, ubi nunc est Ain el-Hadhera عين الحضرة, quod, 18 hor. a monte Sinai remotum, Akabam versus situm est. Vid. Robins. Palaest. I, 248. III, 107. Ges.

חקק P. 514. A. Inter radd. חָקָה et חָסַק pone: חָקַק rad. insit., prob. i. q. arab. حقف curvavit se. Inde חֲקוּפָא (curvatus) n. pr. m. Esr. II, 51. Neh. VII, 53. Ges. lex. man.

חרב P. 517. A. חֹרֵב: Hoc nomine tota illa regio montana videtur appellari, in qua mons Sinaï eminet, vid. Hengstenberg. Beiträge zur Einleit. ins A. T. vol. III. p. 396 sqq. Robins. Palaest. I, 155 sqq. 195 sqq. 427 sqq. Ges. [Ulique חֹרֵב nomen generalius totius regionis illius videtur fuisse, סִינַי vero nomen ipsius montis. Nihilominus Hengstenbergi claudicat argumentatio; nam falsum est, quod affirmat, post finitam legislationem Sinaï nomen nusquam commemorari, vid. Num. XXVI, 64. XXVIII, 6. Roed.]

P. 518. A. חַרְגֹּל. [Quod hic Abulwalidi tribuitur, est Tanchumi Hierosolymitani, qui in lexico talmudico al-Murschid inscripto חַרְגֹּל speciem locustae esse autumat. Ipsa eius verba sunt: ביצת החרגול נוע מן הֶחָגָב. Roed.]

חרם P. 521. B. lin. 23: „sine ope" scrib.: sine spe. Ges.

— - חֶרְמוֹן. [Hermonem montem data opera ante paucos annos exploravit J. L. Porter. Habet ille tria cacumina (hinc חֶרְמֹנִים Ps. XLII.), quorum summum est ad septentriones versus; in intermedio autem cacumine extant ruinae pervetustae, quae nunc arcis Antarae قلعة عنتر nomen habent, olim vero, ut Porterus opinatur, ad Baalis templum videntur pertinuisse, cf. בַּעַל חֶרְמוֹן p. 225. Vid. J. L. Porter in Bibliotheca sacra, 1854. p. 41—66, eiusdemque opus: Five years in Damascus, Lond. 1855. 8., vol. I. p. 279 sqq. Roed.]

חרס P. 522. A. חֶרֶס no. 2: Iud. VIII, 13 הֶחָרֶס n. pr. loci esse videtur. Ges.

חרף P. 524. A. lin. 6: „*iniusta*" leg.: *inusta.* Ges.

חרץ — B. חָרַץ no. 1. [Apud Abulwalidem lege: المثقوبة *is cui illud* (velum oculi) *perforatum vel cui fissum est.* — Item pro لقولة leg. لقولهم, in cod. est لקו'. Roed.]

P. 525. B. lin. 7: [قطع وحفر non Abulwalidis glossa est, sed ex Tanchumi Hieros. lexico al-Murschid sumta, vid. infra in hac ipsa pagina, ubi post قد تقدم omissum est ان. Roed.]

P. 526. B. חָרִיץ lin. 7: [scrib.: *designantur segmenta* (القطع المتخذة). Roed.]

P. 527. B. lin. 14: [Dele verba: „*et huic similes*". Nam verba ومن مشابهة abrupta sunt neque ad ea pertinent quae antecedunt, sed ad dicti talmudici explicationem a Gesenio omissam. Roed.]

חרר P. 528. A. חָרַר no. 3. scrib.: חָרַר. it. infra scrib.: *Pilp.* Infin. חַרְחַר etc.

— B. חָרָן: [De Harran urbe diligenter atque copiose disputat Chwolsohn in libro „Die Ssabier und der Ssabismus" vol. I. p. 303 sqq. Roed.]

חרש P. 529. A. sub no. 5. scrib.: חָרַשׁ pro חָרַשׁ.

חשף P. 531. A. חָשַׂף (חָשִׂיף) de grege parvo: prob. referendum ad rad. arab. حَسَفَ *propulit* gregem. Ges.

חשב — B. חָשַׁב no. 3: חֹשֶׁב Vulg. bis quidem *plumarium* (Exod. XXVI, 1. 31), in ceteris autem locis reddidit polymitarium, et מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב *opus polymitum.* Vid. p. 1310, ubi accuratius exponitur, quomodo חֹשֵׁב et רֹקֵם inter se differant. Ges.

P. 533. A. adde: חַשְׁבַּדָּנָה (compos. ex חָשַׁב בַּדָּנָה ratio in iudicando, fort. iudex sapiens) n. pr. viri. Neh. VIII, 4. Ges. lex. man.

חשר P. 536. B. lin. 10: [scrib.: لقولهم. Roed.]

חתת P. 537. A. lin. 3: [scrib.: فيها pro فيه. Roed.]

— - Adde: יַחַת (curtatum ex יַחֲתָה qui prehendit, sec. al. contr. ex יְחֻתָה unitio, ut אַחַת ex אַחֲתַת) n. pr. m. 1 Par. IV, 2. VI, 5. 28 all. Ges.

חתם P. 537. B. חָתַם: Et ego nunc originem huius radicis malo in *signando notando*que ponere. Vid. בָּתַם p. 723. Ges.

חתת P. 540. B. lin. 10: [יֵחַתּוּ ad Niph. rad. חָתַת refero, vid. Ind. gramm. Roed.]

ט

P. 541. A. *Tet:* scrib. *Teth,* Rabbinis טית, LXX in Threnis Τήθ. Hoc nomen litterae significasse videtur *convolutum* aliquid vel *contortum,* a rad. טָוָה, q. v. Lee vult *netum* = מַטָּוֶה Ex. XXV, 25. Ges. [Fortasse *utrem* notat, ut arab. طَوًى, quod et ad figuram litterae aptum fuerit et ad etymologiam. Arab. طَيْط *serpens,* quod plurimi accersunt, he-

Digitized by Google

braice scribi debuisset טַיִם, טַיִם, quod insolitum est. Roed.]

טהר P. 543. B. lin. 3 scrib.: טֹהַר, et lin. 7: inhaeserat. Ges.

טוב P. 544. B. טוּב *Hiph.* dele verba „fut. יִטְיב". Ges. [יִטַּיב, תִּטַּיב etc. in singulis codd. scriptum extat ubi in reliquis est תֵּיטִיב, יֵיטִיב, Hiph. verbi יָטַב. Roed.]

P. 546. A. lin. 22 scrib.: 23 pro 13, et Jes. I, 19; lin. 24: Neh. IX, 36. Ges.

טוס P. 547. B. טְאַטֵּא: Ewald. gramm. hebr. ed. 3. §. 235 [Lehrb. 1855. §. 121, a.] everrendi significatum ducit a pellendo. Hoc utcunque sit, certe arab. طَاطَ in loco ab Ew. adhibito, Tabari annal. I. p. 60, minime est pellere s. „forttreiben", sed demittere. Ges.

טול P. 548. A. lin. 3 scrib.: טֻלָּן. Ges.

טור — B. lin. 20 scrib.: caula. Ges.

טמן P. 552. B. מַטְמוֹן no. 2 lin. 4 scrib.: مَطْمُورٌ. Cf. Michaelis ad Castell. lex. syr. p. 477. Ges. [Add. Delitzsch ad Habac. II, 9, p. 71. Roed.]

טנא — - טֶנֶא. Adde: c. Suff. טַנְאֵךְ. Ges.

טעה — - טָעָה [scrib.: aeth. ጸጣዐወ: idola coluit, ጠዐተ: idolum. Roed.]

טפח P. 553. B. טָפַח no. 1: cf. Jomard in Description de l'Égypte VII, 483. — nr. 2: Aqu. *παλαιστώματα*, Symm. *ἀπαρτίσματα*. Ges. [Vid. Thenius ad 1 Reg. VII, 9. Roed.]

טפף P. 554. B. טַף: Lee in lex. hebr. confert arab. ضَفَّ familiae multitudo. Ges.

י

יאל P. 558. A. lin. 11 scrib.: Duplici modo dicitur. Ges.

יבל P. 560. A. I. יָבַל Hoph. no. 2: scrib. *allatus est* Hos. X, 6. Ges.

P. 560. B. בּוּל: [יֶרַח בּוּל apud Phoenices quoque nomen mensis fuisse, nuper cognovimus ex inscriptione Esmunazaris regis lin. 1. Roed.]

P. 561. A. מַבּוּל: Syr. مَبْلُوعٌ est etiam fluxus et refluxus, auctore Thoma a Novar. p. 265. Ges. [Nempe السيل والمدّ aestus marini. Diluvii significatum habet ap. Ephr. II, 367, C. Bar Ali: مَبْلُوعٌ المدّ العظيم والسيل والطوفان. Lex. Adl.: = طوفان سيل فطل, „alluvies, fluxus." Roed.]

— B. יוּבַל: [יבל Phoenicibus *arietem* appellatum esse, nunc certo scimus ex inscriptione Massiliensi lin. 7. Vid. Movers phönic. Texte II. p. 49 sqq., Munk l'inscription phénicienne de Marseille p. 34, Ewald Jahrb. f. bibl. Wiss. 1848. p. 204. Roed.]

יבץ P. 562. B. חֻבְּצִים: hodie *Tûbâs*, v. Berggren Resor III. app. p. 18, ed. germ. II, 266, Robinson Palaest. III, 389. Ges.

יבש P. 563. A. יָבֵשׁ: Adde: b) n. pr. viri 2 Reg. XV, 10. 13. 14. Ges.

— B. יַבָּשׁ: Pro *terra continente* opp. mari etiam arab. يَبَسٌ. Castell. Ges. [Saadias aliique Bibliorum interpretes Arabes haud raro pro hebr. הַיַּבָּשָׁה ponunt الْيَبَسُ. Roed.]

יגה — - I. יָגָה: Origo vel est in *dolendo* coll. יָגַע, vel in anhelando et *gemendo* coll. דָּגָה. Ges.

ידה P. 567. B. litt. ee: Adde Gen. XLI, 42: annulum dedit עַל־יַד יוֹסֵף. XL, 21: dedit poculum עַל־יַד פַּרְעֹה. Ges.

P. 568. B. יָד no. 8: Jes. LVI, 5 ad nr. 6 potius videtur pertinere, verte: dabo eis *locum* et nomen etc. Ges.

— - עַל־הַיְדוּת Neh. XII, 8 sic emendandum est, ut Lee in lex. hebr. fecit, ut scribatur עַל־הוֹדוֹת, ut legitur 1 Par. XXV, 3. Ges. [Cf. Neh. XII, 24. Roed.]

ידע P. 571. A. יָדַע no. 1, b: Adde Iob. XXIV, 1: יְדָעָיו. Ges.

P. 581. B. יְהוֹדִית: Nominibus propriis, ab יְהוֹ incipientibus addenda sunt, in quibus illud in הוֹ curtatum est, haec duo:

הוֹדָם (prob. pro יְהוֹדָם quem Jehova impulit) n. pr. regis Hebronitici Jos. X, 3, et

הוֹשָׁמָע (pro יְהוֹשָׁמָע quem Jehova audit) n. pr. m. 1 Par. III, 18. Ges. lex. man.

יום P. 586. B. lin. 15 a fin. leg.: *pasceret asinos*. Ges.

יון P. 587. B. sq. יָוָן: hierogl. ioynn cum signo terrae peregrinae, Champoll. gramm. égypt. p. 175. Ges. [Comparet hoc nomen in monumentis aegypt. dynast. XVIII, XIX et XXII. Cf. Rosellini monum. storici III, 1. p. 426. Ritter Erdkunde t. V, p. 441. Lepsius in Monatsber. der Berlin. Acad. 1855. Jul., E. Curtius Ionier p. 11. 48. In inscriptione Açocae regis Antiochus Magnus vocatur *Antiyako Iona* et *Iona râja*, vid. Journ. of the Asiat. Soc. of Bengal 1837. p. 159. Cf. Lassen Ind. Alterthumsk. I, 656 sq. II, 344. A. Weber in Kuhn Zeitschr. V, 223. Roed.]

יזב P. 588. A. [add. rad. יָזַב chald. i. q. arab. وزب fluxit, propr. delapsus est, it. elapsus est, evasit, unde duxi chald. שֵׁיזֵב *eripuit:* quod quaere infra s. rad. שְׁזַב p. 1386. Roed.]

יחד P. 589. B. יַחַת n. pr. m. 1 Par. IV, 2. VI, 5. 28 all. Ges. posuit in Addendis ad rad. יָחָה, siquidem curtatum fuerit ex יַחֲתָה, in Lex. man. autem refert ad rad. יָחַד, ut יַחַת contractum sit ex יַחֲדָת, ut אַחַת ex אַחֲדַת.

יטב P. 592. A. rad. יָטַב, adde: מְהֵיטַבְאֵל (cui Deus benefacit, forma chald. pro מֵיטִיב אֵל) n. pr. 1) m. Neh. VI, 10. — 2) fem. Gen. XXXVI, 39. Ges. lex. man.

ילל P. 597. A. lin. 6 [dele verbum „barbare". Abulwalidis glossa haec est: واخرجناه نحن فى المستلحق الى

Digitized by Google

معنى يَلَلْ ..... ونحن نجوز ايضا فيه هنا وجها
اخر وهو ان يكون مجانسا لقول العرب ثللت الشى
واثللته بالثاء المثلثة بج نقط بمعنى هدمته فكانه
قال وشاطونا مهرسينا سمحة كما قال مهرسيك
ومن ممك يزل. وقد قال قوم ان تولينا مثل شولينا
بابتدال الشين بالتاء كما قال في برشيم برتيم
Roed.]

ימם P. 598. A. יָם: aegypt. ioau, in dialecto basmurica iaau, v. Peyron lex. p. 58. Ges.

— B. יָם no. 2, *plaga occidentalis:* Similis hodie usus valet apud Arabes in Aegypto degentes, quippe qui البحر *mare* de septentrione dicunt. Vid. Robinson Palaest. I, p. 416. Ges. [Eodem pertinere videtur, quod Marcel habet in Vocabular. arab.: „Nord بحرى". Roed.]

ימן P. 600. A. adde: מִמִּין et מִנִּמִּין (a dextra, nisi potius est pro מִבִּנְיָמִין) n. pr. m. 1) 1 Par. XXIV, 9. 2) Esr. X, 25. Neh. X, 8. XII, 5, מִנְיָמִין XII, 17. 41. Ges. lex. man.

— - תֵּימָן: cf. aeth. ጠሀይ: meridies, et ventus australis. Ges.

— - תֵּימָא: semel תֵּמָא Iob. VI, 19. Cf. Edrisi I, 335 ed. Jaubert. Ges. [Wallinus Suecus per septem dies Taimae commoratus est mense April. 1848, v. Journ. of the R. Geogr. Soc. of London vol. XX. p. 330 sqq. In mappa ibi exhibita illud oppidum ponitur gradu lat. 27½. Roed.]

יסף P. 604. A. lin. 12 leg.: lucebunt. Ges.

יסר P. 605. A. מוֹסָר: Iob. XII, 18 pro מוֹסַר legendum est מוֹסֵר, cf. Iob. XXXIX, 5. Ges.

יעד P. 606. B. lin. 1. הַר מוֹעֵד Jes. XIV, 13: הַר קֹדֶשׁ אֱלֹהִים Ezech. XXVIII, 14. Ges. [Adde הַר אֱלֹהִים ibid. vs. 16. *Hara berezaiti,* Vendidad fargard. 19. Roed.]

יעל P. 608. B. lin. 6 lege: לֹא יוֹעִיל בָּם *quibus nihil proficitur.* Ges.

יפע P. 613. A. יָפִיעַ n. pr. no. 1: Reiecta Relandi opinione nunc cum Robinsono credo, hoc oppidum ibi quaerendum esse, ubi nunc est vicus *Yáfa* يافا horae dimidio remotus a Nazaretho ad Africum, prob. urbs Galilaeae Ἰάφα, quam a Josepho munitam Titus expugnavit, Joseph. vit. §. 37. 45. B. J. II, 20, 6. III, 7, 31. Cf. Hieron. v. Iaphie (leg. Iaphie). Robinson Palaest. III, 438 sq. Ges.

יצא P. 614. B. יָצָא litt. c. adde: etiam de rebus vel personis, quae in scenam prodeunt Zach. II, 7. V, 5. 6. Ges.

P. 616. B. adde: מֹצָה (fort. pro מוֹצָא fons) n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. XVIII, 26. Ges. lex. man.

— - Ad rad. יָצָא praeterea pertinet: נֹצָה *excrementum* in ingluvie avis Lev. I, 16, i. q. נוֹצָא quod excernitur, v. נוֹצָה no. II. s. rad. נָצָה p. 904. B. Ges.

יקד P. 620. A. יָקַד: adde: Part. pass. יָקוּד *incensum* i. e. foci materia ardens Jes. XXX, 14. Ges. lex. man.

ירא P. 624. A. Ad rad. יָרֵא fortasse pertinet: תִּירְיָא (metus?) n. pr. m. 1 Par. IV, 16. Ges. lex. man.

ירד — B. litt. ∂: Cf. J. D. Michaelis ad Cast. lex. syr. p. 546. Ges. [De usu verborum יָרַד et עָלָה nuper copiose disseruit Graf in Theol. Stud. u. Krit. 1854. p. 874 — 902. Roed.]

P. 625. B. lin. 14 a fin. scrib.: Octob. 1835. Cf. etiam Robinson Palaest. III, 34. Ges. [Jordanis fluvii cursum recentiore tempore imprimis Molyneux (Expedition to the Jordan and the Dead Sea, in Journal of the R. Geogr. Society of London vol. XVIII. 1848) et Lynch (Narrative of the United States' expedition to the river Jordan and the Dead Sea, New York 1849. 8., et eiusd. Official Report, Washington 1849. 4.) accuratius persecuti descripserunt, vid. et mappa Lynchiano operi adiecta, Ritter Erdkunde vol. XVI. Roed.]

ירה P. 627. B. מוֹרֶה no. 3: מוֹרֶה שָׁקֶר Hab. II, 18 de idolo ipso potius quam de propheta falso dictum est. Ges. [Sic Hitzig, Ewald all.]

— - מוֹרֶה no. 4: vid. מוֹרָה s. rad. מָרָה infra p. 819, A., ubi et מוֹרִיָּה. Ges.

— - adde: תּוֹר 1 Par. XVII, 17 i. q. תּוֹרָה in loco parall. 2 Sam. VII, 19: *modus et ratio.* Modo genuina est scriptura, forma orta esse possit ex תּוֹרָה i. q. תּוֹרָה. Ges. lex. man. [Cf. p. 1499, A. Roed.]

ירם P. 631. B. יִרְמוֹת: [scrib. יִרְמוֹת. Adde יְרִימוֹת n. pr. m. 1 Par. VII, 8. Roed.]

ירע P. 632. A. Ad rad. יָרַע adde: יְרִיעוֹת (aulaea) n. pr. fem. 1 Par. II, 18. Ges. lex. man.

ירש — B. יָרַשׁ: [dele verba „et יָרֵשׁ". Cf. gramm. §. 44, annot. 2. ed. 14 — 18. Roed.]

ישב P. 634. B. litt. *f.* adde: Jerem. XXXIX, 3. Ges.

P. 636. B. מוֹשָׁב: Ez. VIII, 3 potius videtur esse *statio, locus ubi stat aliquid,* coll. rad. no. 1 litt. *i.* Vid. s. rad. קָנָא Hiph. p. 1220, B. Ges.

ישה P. 638. A. lin. 1 sqq. [לֹא יֵשׁ semel, quod sciam, legitur Iob. IX, 33. Sed nescio an potius sit scribere לֹא יִשׁ i. q. לוּ יֵשׁ, quod nonnulli codd. habent et LXX. Syrusque interpres expresserunt. Roed.]

— - lin. 21 leg. תִּשְׁיָה et תִּשִׁיָּה.

יתן P. 644. B. אֵיתָן: Verba וְרִיב עֲצָמָיו אֵיתָן Iob. XXXIII, 19 verte: *et lis in ossibus eius perpetua est.* Ges.

P. 645. A. lin. 12 et 13: Agitur locus Iob. XII, 19. Ges.

כ

כ P. 648. A. כְּ decurtatum ex כֵּן, ut arab. لَكِنْ ex لَكِنَّ. Ges.

— - כְּ no. 1: De verbis כְּצוּר נְצוּרָה Jes. I, 8 infra agitur s. v. נְצוּרָה rad. נָצַר p. 908. Ges.

P. 649. A. כְּ no. 4: De loco Jes. I, 7 vid. Add. ad rad. זוּר. Ges.

P. 651. B. עַד־כֹּה וְעַד־כֹּה 1 Reg. XVIII, 45 verte germ.:

Digitized by Google

bis so und so weit. GES. [Cf. Ewald Lehrb. ed. 6. §. 105, *b*. Thenius ad Reg. l. c. ROED.]

P. 651. B. בָּכָה: cf. Hupfeld. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II, 439. GES. [Ceterum etiam in l. Exod. XII, 1 וְדִבֶּר est Mil'el (cum acc. postpositivo), quamobrem in nonnullis editionibus scribitur וְלָמֹּר. Neque illud in Masora docetur. Vid. Norzi et J. H. Michaelis ad h. l. ROED.]

P. 652. A. בְּעַן neque ad עִנָּה = עִם nunc refero, neque ad-עִנָּה = אִנָּה, sed, ut olim feci, ex בְּעַן duco: quae Hupfeldi quoque est sententia in Zeitschr. f. d. K. des Morgenl. II, 440. GES.

כהן P. 662. B. כֹּהֵן: Sacerdos magnus chald. dicitur רַב כָּהֲנָא, apud LXX ἱερεὺς μέγας, raro (Lev. IV, 3. 17) ἀρχιερεύς, quod in libris apocryphis et in N. T. usurpatur. GES. [Syr. ܟܗܢ vel ܟܘܗܢ. — Ceterum apud Phoenices quoque sacerdos appellabatur כהן, v. inscr. Massil. lin. 3. 5. 7. 9. 13. 15. 20, fem. כהנת inscr. Esmunaz. lin. 15. Arab. كاهن vates, v. rad. p. 661. Adde Abulf. hist. anteisl. p. 46. Caussin essai sur l'histoire des Arabes I, 84. 123. 337. II, 263. Schahrastani ed. Cureton p. 437. ROED.]

כול P. 665. B. adde: כַּלְכֹּל (fort. sustentatio, v. Pilp. no. 3) n. pr. viri sapientis aevi antesalomonaei 1 Reg. V, 11. 1 Par. II, 6. GES. lex. man.

כון P. 667. B. כֵּן litt. A: cf. Hupfeld in Zeitschr. f. d. K. des Morgenl. II, 441 sqq., et de כָּכָן ibid. p. 478 sqq. GES.

P. 670. B. מְכוּנָה: „*fundamentum* (domus)": scrib. *locus* Zach. V, 11, ubi verte: *et collocabitur* (modius falsus) *ibi* (Babylone) *in loco suo* i. e. reponetur ibi, ubi verus eius est locus. GES.

כור P. 672. B. lin. 8 scrib.: auctor operis Pirke Elieser c. 38, et adde: מכירין gladii, Bereschith rabba sect. 88. GES. [Singularis est Abulwalidis sententia, qui Gen. loco arabicum مُجَر pl. مُجُور adhibet, quod exercitum significat. Eius verba haec sunt: כְּלֵי חָמָס מְכֹרֹתֵיהֶם מלאהى فيه ان يكون مجانسا لقول العرب للعسكر مجر وترجمة اللفظ سلاح الظلم مجورهما يعنى انهما استغشيا بسلاحهما فقط. Ubi استغشيا scripsi pro אסתגשא. ROED.]

— — מְכוֹרָה: cf. מָקוֹר fons, a rad. קוּר fodere. GES.

כות P. 674. A. כּוּת: [Geographi Arabes duo oppida eius nominis memorant, كُوثَى الطريق et كُوثَى رَبَّا, in Iraca utrumque situm prope Babylonem. Vid. Jacut Muschtarik ed. Wüstenf. p. 377. Celeberrimus Rawlinson a. 1845 ruinas Cuthae repperit paucis milliaribus anglicis a Babylone inter septentriones et orientem sitas, vid. Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XII. p. 477. Praeterea cf. Reland. diss. misc. II, 67, De Sacy chrestom. arabe T. I. p. 331 annot. ROED.]

כזר — B. כָּזַר: cf. arab. كَسَرَ violentus fuit, de leone, كَسْر violentia. GES.

כי P. 677. B. adde libellum Redslobi über die angeblich relative Grundbedeutung der hebr. Part. כִּי, Lips. 1839. 8. GES.

כלב P. 684. B. כָּלֵב אֶפְרָתָה: 1 Par. II, 24 pro וַתָּבֹא כָלֵב אֶל-אֶפְרָתָה scribendum est וַיָּבֹא כָלֵב אֶל-אֶפְרָתָה *ingressus est Caleb ad Ephratam* (uxorem, cf. vs. 19. 50 et IV, 4), ut coniecit Movers Chron. p. 84. LXX: ἦλθε Χαλὲβ εἰς Ἐφραθά, Vulg.: ingressus est Caleb ad Ephrata. — Ceterum s. v. כָּלֵב dele nr. 3 et ad nr. 2 adde 1 Par. II, 48. 49. 50, denique pro כְּלוּבִי scribe כִּלְּבִי. GES.

P. 685. B. כְּלוּב: [כֻּלְכָּן ap. Barhebr. est i. q. arab. كُلْكُن. — no. 2: Vulg. Am. VIII, 1. 2 non habet uncinum ramorum, sed *uncinum pomorum*. ROED.]

כלה P. 687. A. כְּלִי *vas, supellex*: sec. Maurer. a rad. כָּלָה = כוּל signif. Hiph. et Pilp. cepit, continuit. — כְּלֵי הָרֹעִים pera pastorum 1 Sam. XVII, 40. GES.

כלל P. 688. B. כֹּל sq. Makkeph = כָּל, etiam cum Merka כָּל Ps. XXXV, 10. Prov. XIX, 7, certe in edd. veteribus plerisque, v. Norzi ad hos locos et Dav. Kimchi [Michlol prope fin., fol. רמז verso, ed. Fürth. 553 = 1793. 8.], ubi aliae edd. habent כָּל-. GES.

P. 689. A. כֹּל no. 2, a, *α* adde: *omnes* Gen. VI, 2. XX, 16, *omnia* Gen. IX, 3. XIV, 20. XXXIII, 11. Ps. LXXIV, 3. GES.

P. 690. B. כָּלִיל no. 3 [Phoen. כלל inscr. Massil. lin. 3. 5. 7. 9. 11. Cf. graec. ἱερὸν τέλειον, et copt. ⲟⲗⲟⲕ holocaustum. ROED.]

P. 691. A. כַּלָּה no. 2. [Cf. arab. كَنَّة uxor filii. ROED.]

כמס P. 692. B. מִכְמָס: hodieque vicus Machmâs, v. Robinson Palaest. II, 329. GES.

כנר P. 698. B. כִּנֹּרֶת: Aliam de etymo coniecturam v. s. rad. צָנַר. — 1 Reg. XV, 20 pro כָּל-כִּנְרוֹת וגו׳ legendum est כָּל-מְסִכְּנוֹת וגו׳, ut est in 2 Par. XVI, 4. GES. [Contra Thenius verba Paralip. ex l. Reg. emendat. ROED.]

כסה P. 700. A. כָּסָה Pi. no. 4: Verba אֵלֶיךָ כִּסִּיתִי (Ps. CXLIII, 9) alii melius exponunt: *ad te occulto* sc. me i. e. ad te confugio. LXX: πρὸς σὲ κατέφυγον. GES.

— B. lin. 8 scrib.: כסותו pro כותו. Ceterum vid. סוּת s. rad. סָוָה infra p. 941. GES.

כסל P. 702. A. כִּסְלוֹת-תָּבוֹר: apud Josephum b. jud. III, 3, 1. de vita sua §. 44 Ξαλώθ, hodie vicus Iksâl (اكسال) Robins. Palaest. III, 417 sq. [J. Wilson the lands of the Bible II, 91.] Idem oppidum est, quod Jos. XIX, 18 vocatur הַכְּסֻלוֹת (vid. p. 701. B.), pro quo fortasse scribendum הַכִּסְלוֹת, cf. Hieron. onomast. v. Acchaseluth. *Zal*, Pocock. itiner. II, 65. GES.

כסם — B. כִּסֶּמֶת: [In glossa Abulw. pro بغير سميتها scrib. بغير ما سميتها, ut scripsit Gesenius comm. in Jes. I. p. 848. ROED.]

כפס P. 705. A. כְּפִיס: [Ad usum Mischnae iam provocat Abul-

Digitized by Google

walides ms.: قيل انه الاجر من قول ال مشنه كفيسيم لبنيم. Et ita quoque Tanchum Hieros. ad Hab. I. c. ed. Munk p. 33. Roed.]

כרב P. 710. A. כְּרֵב: [Aethiopica huc non pertinent. Nam ⵅⵔⵓⴱ: est arab. خراب, et ⵅⵔⵙⵜ:, nisi fallor, arab. خرفة. Roed.]

— — כְּרוּב: [Hodie nemo praetermittet cum Cherubis componere grandis molis taurorum leonumque figuras humana facie et alatas, quae ex ruinis urbium Assyriarum erutae et a Botta, Layardo aliisque descriptae sunt. Vid. imprimis Layard Nineveh and its Remains vol. II. p. 464, Ravenshaw in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XVI. p. 93 sqq., all. Roed.]

P. 711. A. no. 2 scrib.: n. pr. loci, unde sub Zorobabele Iudaei redierunt Hierosolyma Esr. II, 59. Neh. VII, 61. Ges.

כרכ P. 712. B. כַּרְכְּמִישׁ: [Nomen huius urbis *Qarqamesh* in monumentis Assyriis legit Hincks in Transactions of the R. Irish Acad. vol. XXII. 1852. p. 337. Roed.]

כרם P. 713. A. כֶּרֶם no. 2. [Cf. חֶמֶד in Add. ad rad. חמד. Roed.]

— B. כַּרְמֶל no. 3, b: vid. Robins. Palaest. II, 421 sqq. Ges.

P. 714. A. כַּרְמִיל: auctore Ferd. Benaryo est sanscr. *krimila* quod habet vermem i. e. colorem coccineum. — Syriacum ܫܘܫܢܐ non est coccineum a pers. سوس, sed *iridis* s. lilii caerulei *color*, a سوسن = hebr. שׁוֹשַׁן lilium, et ܟܘܢܐ pers. گون color. Ges. [Vid. Gesenii diss. II. de Bar Alio et Bar Bahlulo p. 23. Roed.]

— B. כִּרְסֵם: [In glossa Abulw. scrib. العبرانى pro العربانى. Roed.]

כרר P. 716. A. lin. 1 [scrib. بردعة الجل pro نردعة. Roed.]

P. 717. A. lin. 2 [scrib. صحين pro صحين. Roed.]

— — כִּכָּר no. 3. Zach. V, 7: כִּכַּר עֹפֶרֶת i. q. אֶבֶן עֹפֶרֶת vs. 8 est operculum orbiculare plumbeum, Hieron.: *massa vel sphaera plumbi.* Ges.

— — adde: כִּכַּר pl. כִּכָּרִים chald. i. q. hebr. no. 3 *talentum.* Esr. VII, 22. Ges. lex. man.

כרש — B. כֹּרֶשׁ: Cyri nomen in inscriptionibus persicis cuneatis est 𐎤𐎢𐎽𐎢𐏁 KURUSCH. Roed.]

כרת P. 719. A. כְּרֵתִי: [Abulwalides הַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי praetorianōs e duabus gentibus eius nominis selectos putat fuisse הכרתי והפלתי فسر فيهما الناشبة والقالعة وما عندى الا قبيلتان من غير ישראל .. فالاقرب انه كان عنده جند من هتين القبيلتين. Roed.]

כשד P. 720. A. כַּשְׂדִּי: [in inscrr. Assyr. *Kaldi*, v. Hincks in Transact. of the R. Irish Acad. vol. XXII. 1852. p. 335. Roed.]

כשל P. 721. A. lin. 8 pro XIV, 2 leg. Hos. XIV, 2. Ges.

כתם P. 724. A. lin. 7: [Abulwalides כֶּתֶם alios margaritas interpretari dicit (قيل انه الجوهر), ipse autem aurum (ذهب) esse contendit. Roed.]

ל

ל P. 728. A. לְ A, 1 adde: בּוֹא sq. אֶל loci Ps. LXXIII, 17, שׁוּב sq. אֶל loci Zach. VIII, 3. Ges.

P. 732. A. lin. 14: De loco Iob. XVIII, 14 vid. infra s. rad. צָעַד Hiph., p. 1176. Ges.

לא P. 734. B. לֹא no. 2 in interrogatione etiam Iob. XXI, 16 [?]. XXII, 11. Ez. XI, 3. Ges.

לבא P. 738. A. לָבִיא: hierogl. etiam ⲗⲁϧⲟ leaena, sec. Champoll. gramm. égypt. p. 93. Ges.

לבב P. 739. B. לֵבָב no. 2: pro دل روى scrib. دل روز. — De לֵב קָמַי Jer. LI, 1 vid. s. v. שָׁשַׁק.

לבן P. 741. A. לְבוֹנָה no. 2 n. pr.: hodie vicus *Lubban* inter Bethel et Nabulus situs. Vid. Robinson Palaest. III, 309. Ges.

— — lin. 4 a fin. scrib.: לְבֻנוֹנָה 1 Reg. V, 28.

— B. מַלְבֵּן: Jer. XLIII, 9 *officina lateraria* sec. plurimos, sed sec. Hitzigium i. q. arab. ملبن *pavimentum e lateribus factum*, v. Frähn ad Ibn Foszlan p. 16. 119 sqq. et Hitzig. ad l. Jer. Verte: demitte lapides caemento obductos in pavimentum, quod est ad portam domus Pharaonis. Nempe ante portam palatii regii erat λιθόστρωτον, ubi admittebantur, qui Pharaonem adire vellent. Ibi lapides illi struendi, in quibus thronus Nebucadrezaris poni posset. Ges. [Praeter eos locos, quos Fraehnius Hitzigiusque attulerunt, ملبن pl. ملابن legitur apud Tanchumum Hieros. ad Iud. XIX, 27 et ad 1 Reg. VI, 31 (vid. ed. Haarbrückeri), apud Abulwalidem s. v. אַיִל et s. v. אַמּוֹת all. Imprimis huc quadrat locus, quem inveni in Azrakii historia Meccae (cod. Gothan. 353, fol. 4 verso): ملبن باب الكعبة الذى يَطَأُ عليه من دخلها i. e. *pavimentum portae Caabae, quod pedibus calcat quicunque illam intrat.* Roed.]

לוא P. 745. A. lin. 8 scrib.: לָא cum Keri לוֹ 2 Sam. XVIII, 12. Ges. [Praeterea לָא efferendum puto id quod לֹא scribitur Iob. IX, 33. Vid. Add. ad יֵשׁ p. 638. Roed.]

לוד P. 746. A. lin. 1 leg. אדא *Lodan.* Sic Champoll. gramm. égypt. p. 151, cf. p. 166 et 204 [ubi mendosum ⲁⲧⲁ]. Ges. [Cf. etiam Guil. Hupfeldi exercitatt. Herodot. spec. III s. rerum Lydiarum part. I. (Marburgi 1851. 4.) p. 6. Roed.]

לון P. 750. A. adde: לָוָן (pernoctans, manens) n. pr. m. 1 Par. IV, 17. Ges. lex. man.

לוע — B. לוּעַ: [Ad etymon imprimis cf. arab. ولغ, quod sic definitur: inserta in vas vel in potum lingua eaque motitata sorbuit bibitve canis, nec non בָּלַע deglutivit, et pers. ليسيدن lambere. Roed.]

לחם P. 752. B. לָחַם no. 2: [lege: لحمت الحرب vorare iussi proelium. Roed.]

למד P. 757. A. תַּלְמִיד: [nasor. תרמידא, arab. formam تِلْمِيذٌ

Digitized by Google

praescribit Haririus in Sacyi Anthol. gramm. p. 50. Roed.]

לפה P. 759. A. [adde: לָפָה verb. inusit., fort. i. q. arab. لَفَّ *congregavit*, unde duci possit חֲלָפִיּוֹת agmina, catervae. Vid. s. rad. תָּלַף p. 1506. Roed.]

לקח — B. לָקַח: [phoen. יקח accipit, inscr. Massil. lin. 20. Roed.]

P. 760. B. לָקַח no. 2, a, de emtore: Ipsum latinum verbum *emere* antiquitus fuit i. q. sumere, accipere, ut Festus ait: unde composita adimere, perimere, interimere, eximere, demere. Ges.

לשן P. 763. A. לָשַׁן *Po.*: [Ps. CI, 5 Keri est מְלָשְׁנִי sine Metheg, efferendum *melŏscheni*, curtatum ex מְלוֹשְׁנִי. Roed.]

מ

P. 766. A.: מָאן chald. *vas*, vid. Add. ad p. 124 s. rad. אנד.

מגן P. 767. A. מְגֵן: Cf. arab. مَجَّانًا et aram. מַגָּן, مُجَّانٌ gratis. Ges. lex. man.

מגר — B. adde: מְגַר chald. *Pa.* מַגֵּר i. q. hebr. מִגֵּר *proiecit, deiecit* Esr. VI, 12. Ges. lex. man.

מדי P. 768. B. מָדַי *Media:* in inscrr. cuneatis *Mdda*. Ges.

— — adde: מָדָתָא addito art. הַמְּדָתָא n. pr. (pers.) patris Hamani Esther. III, 1. VIII, 5. Ges. lex. man. [De articulo hebraeo in nomine persico dubito. Compositum videtur ex pers. *ham* et *ddtam* iussum, lex. Roed.]

מה P. 770. B. כַּמָּה: Zach. II, 6 verte: *quanta futura sit latitudo eius.* Ges.

— — לָמָּה (Milêl) et לָמָּה (Milra): [semel tamen לָמָּה Milêl et sine Dagesch Iob. VII, 20. Roed.]

P. 771. B. מָאוּמָה litt. c, cum אַל: adde Jer. XXXIX, 11. Ges.

מהה P. 772. A. מָהַהּ: [ܡܗܗ in Lex. Adler., quod e Bar Bahluli opere maxime excerptum est, explicatur متوانى i. e. moram faciens, tardus, minime vero „morae, cunctationes", ut scripsit Castellus. ܡܗܗ autem idem Castellus falso legisse videtur pro ܡܗܗ i. e. moram faciens, tardans. Sed utrumque ad rad. ומה pertinet. Roed.]

מחל — — מָחַל Jes. 1, 22: [Plura exempla ex poetis Arabum collecta dedit De Sacy comm. Harir. ed. 1. p. 391. Roed.]

— — Ad rad. מָחַל pertinet: תִּמְחַל (prob. filius circumcisionis i. e. circumcisus, pro תָּן־מָחַל, v. תִּדְקַר p. 349, A.) n. pr. m. 1 Par. VII, 33. Ges. lex. man.

מו P. 773. B. כְּמוֹ litt. A: pro „*sicut tale*" scrib. *tale quid*. Sed mihi nunc Ps. LXXIII, 15 loco verborum כְּמוֹ דוֹר videtur scribendum esse כְּמוֹ־זֹאת *sicut haec* i. e. *talia*. Ges.

מוג P. 775. B. מוּג no. 1: וַתִּמּוּגֵנוּ Jes. LXIV, 6 pro וַתְּמֹגְגֵנוּ dictum existimat Ewaldus gramm. hebr. ed. 3. §. 96 [Lehrb. ed. 6. §. 62, *a*], non male. Ges.

מין P. 778. A. מִין: cf. copt. ⲙⲓⲛⲉ genus, species, modus, et similis significationum series in aeth. ⱫⱆⱄⲢ: effigies, species (Art). Ges.

מוש P. 779. A. adde: מִישָׁא (recessus) n. pr. m. 1 Par. VIII, 9. Cf. מֹשָׁא p. 823. Ges.

מות — — מוּת: Cf. copt. ⲙⲟⲩ mori, mors, et ⲙⲱⲟⲩⲧ (basmur. ⲙⲁⲟⲩⲧ, theb. ⲙⲟⲟⲩⲧ) mori, ⲙⲟⲟⲩⲧ occidere. Ges.

מזג P. 780. B. מָזֶג: De vino aromatibus mixto vide quae infra dicentur s. rad. מָסַךְ. Ges. [Praeterea reputa verba יַיִן חָרֵמֶת Cant. VIII, 2. Roed.]

מזר P. 781. A. מָזַר scribe: II. מזר, eique radici praemitte haec:

„I. מָזַר rad. inusit., quam apud Syros *extendendi* significatum habuisse testes sunt Bar Ali et Bar Bahlul. Hi ܡܙܰܪ reddunt تمطّى extensus est, et Bar Ali ܡܙܘܪܐ التمطّى extensio, adde ܡܙܪܢܐ funes lanei, chald. מִיזָרָן tapes, quo lecti sternuntur, et arab. مزر aequaliter *distendit* utrem, ut fit eum implendo. Inde non male derivatur

מָזוֹר *tendicula* Obad. 7: יָשִׂימוּ מָזוֹר תַּחְתֶּיךָ *ponunt tendiculam sub te.* LXX. ἔνεδρα. Vulg. *insidiae.* Syr. ܡܙܘܪܐ id. Targ. תַּקָּלָא offendiculum. Vide Tingstadii suppl. ad lexx. hebr. p. 24, qui ad illud etymon commendandum bene observat, Prov. I, 17 verba מזורה הרשת ab Alex. interprete exponi ἐκτείνεται δίκτυα. Minus apte alii hoc vc. ad rad. זוּר revocarunt, quandoquidem deflectendi potestas in lingua arab. refertur etiam ad falsum et mendacium (زور falsum, mendacium, زار mentitus est, cf. syn. جار), sed flagitat tamen contextus *insidiarum*, non *mendacii*, significatum, quamobrem illud magis placet". Ges. [Simplex etiam ܡܙܪ est i. q. تمطّى „pandiculatus est", sec. Lex. Adler. Roed.] Ceterum aliud מָזוֹר v. s. rad. זוּר p. 412, B.

— — מַמְזֵר: Ex Vulg. [in qua legitur: „Mamzer (Edd. vett. Mazer), hoc est, de scorto natus"] hoc voc. arripuit Sedulius carm. 5, 256: Manzeribus populis in deteriora volutis, et Venant. carm. 5, 5, 75: Christicolae ut cernunt tunc agmina manzera iungi. Ges. [Idem vocabulum apud Syros invenitur teste Lex. Adler., ubi legitur: ܡܙܒܢܩ = بندوق, ولد زنا, „Nothus, Spurius, non iusto matrimonio natus". Neque aliud videtur esse aeth. ⱫⲎⲤ: quod in libro Henochi legitur c. 10 vs. 13 ed. Laur. (vs. 9 ed. Dillm.), ubi in graecis

Digitized by Google

est κλβδηλος, amhar. etiam ፙንHC: adulter, ፙንHC: adulterium, አፙንHZ: adulterium commisit, Isenberg. diction. amhar. p. 33. Cf. quae observavi in Allg. Lit. Zeit. 1842. no. 91. p. 113. Roed.]

מחח P. 783. A. adde: מְחוּיָאֵל et מְחִיָאֵל (fort. a Deo percussus, pro מְחוּי אֵל) n. pr. patriarchae ex posteris Caïni Gen. IV, 18. Ges. lex. man.

מי P. 785. A. מִי cum Plur. Jes. XXXVI, 20, de rebus tanquam personis Ezech. XXVII, 32. 2 Sam. VII, 18. Zach. IV, 7. Ges.

P. 786. B. suo loco add.: מְמוּכָן n. pr. pers. principis in aula Xerxis Esth. I, 14. 16. 21, it. מומכן vs. 16 Kethib. Ges. lex. man.

מלא P. 789. B. adde: יִמְלָא et יִמְלָה (quem *implebit* sc. Deus) n. pr. patris Michae prophetae 1 Reg. XXII, 8. 9. Ges. lex. man.

— - adde praeterea: מַלְאָתִי (prob. pro מַלְאַתִי plenitudo mea) n. pr. m. 1 Par. XXV, 4. 26. Ges. lex. man.

מלח — - מָלַח: cf. aegypt. ⲙⲟⲩⲗϩ, ⲙⲟⲗϩ, ⲙⲱⲗϩ sale condire. Ges.

P. 791. B. מְלָחָה: [ⲥⲁⲗⲙⲁⲑⲏ sec. Bar Alium quoque est i. q. الملاحة او الارض الملحة السبخة. Nec aliter pers. شورة بوم et زمين شورة terra salsa opponitur fertili, v. Sadi Gulistan ed. Semelet. p. 21, lin. ult. p. 22, lin. 1 (ed. Sprenger. p. 29). Roed.]

מלט P. 792. A. מָלַט *Pi.*: Iob. XX, 20 potius sic explica: *non evadet cum eo quod ipsi carum est*, i. e. non servabit id quod ipsi carum est, מָלַט evasit, ut פְּלֵטָה XXIII, 7. Ges.

— - מָלַט *Hithpa.* Iob. XIX, 20: [Proverbialem locutionem نجا برأسه vid. ap. Freytag. prov. Arab. vol. II. p. 661. Similes sunt نجا بصوف نفسه vel نجا بظوف نفسه vel نجا بقوف نفسه vix salvus evasit ap. Freyt. ib. p. 76, et افلت بكرسوعه الذقن evasit cum guttula barbae i. e. quum in extremo vitae discrimine esset ap. eund. l. c. p. 200, Schultens ad loc. Iob., Journ. asiat. 5 série t. V. 1855. p. 533. Ceterum Herm. Hupfeld coniecturam proposuit וָאֶתְמַלְטָה עוֹר בְּשִׁנָּי *et evasi, cutem* (meam) *in dentibus meis* sc. gerens, commentat. in quosd. Iob. locos, Hal. 1853, p. 13. Roed.]

— B. adde: מַלַטְיָה (quem Jehova liberavit) n. pr. m. Neh. III, 7. Ges. lex. man.

מלך P. 794. B. מֶלֶךְ no. 2. n. pr.: Alii הַמֶּלֶךְ Jer. XXXVI, 26. XXXVIII, 6 appellative dictum putant. Ges. [et ita quidem ut *regis filius* his in locis de consanguineo regis dictum esse contendant, coll. Zeph. I, 8 et זֶרַע הַמְּלוּכָה Jer. XLI, 1. Roed.]

P. 796. A. lin. 3. [scrib. الملك العادل rex iustus. Cf. ind. Dharmarâǵa i. e. iustitiae rex. Roed.]

מן P. 797. A. מָן chald. *quis:* [Adde מָן *quid?* Ex. XVI, 15, ubi Israëlitae Mannam (מָן) conspicientes dicuntur interrogasse: מָן הוּא *quid hoc est?* unde illi nomen ***Mannae*** inditum, coll. vs. 31. Est syr. ܡܢ (usitatius ܡܢܘ) quid? Cf. מָן s. rad. מָנַן p. 799. Roed.]

מנה — B. מָנֶה: Mina Hebraeis usitata non centum, sed *quinquaginta* siclorum pondus fuit, ita ut in loco 2 Par. IX, 16 mendum latere necesse sit. [cf. Hitzig. ad Ez. XLI, 6]. Nec minus locus Ez. XLV, 12 mendosus est, veram scripturam expressam habes apud LXX. cod. Alex. Vid. [Boeckh. metrolog. Untersuch. p. 52 sqq. et Bertheau zwei Abhandlungen p. 8 sqq. Ges. [De ponderibus Assyriis Babyloniisque, partim lapideis partim aeneis, a cl. Layardo repertis, quibus singulis pretium suum litteteris tum cuneatis tum phoeniciis inscriptum est (v. c. מנה — חמשא עשר מנה = 𒐐𒐐𒐐 i. e. XV minarum), et quae formam alia leonum alia anatum habent, vid. eiusdem Layardi Discoveries, Lond. 1853. 8. p. 601, et E. Norrisii, viri docti, disputationem in Journ. of the R. Asiat. Society vol. XVI, Lond. 1854, p. 215 — 226. Roed.]

P. 798. A. מְנִי: [Hoc idoli nomen prodit עבדמני n. pr., quod legitur in quibusdam numis Achaemenidarum aramaeo-persicis ap. comitem De Luynes, Essai sur la numismatique des satrapies, Paris. 1846. 4., tab. XII. no. 1. 2, cf. O. Blau, de mumis Achaem. Lips. 1855. 4., p. 6 et 12. Roed.]

— - תִּמְנָה: [hodiernum oppidum ***Tibneh*** تبنة, vid. Robinson Palaest. II, 599. Eli Smith in Biblioth. Sacra 1843. p. 484. Roed.]

— B. תִּמְנַת-חֶרֶס: [fortasse قرية كفر حارس oppidum prope Nabulus situm, ubi secundum chronicon al-Hanbalii Iosuae sepulcrum esse memorat Ibn Nabulusi in itin. arab. maiore, cod. Berol. Wetzsten. 130. fol. 37 verso. Roed.]

מנן P. 799. A. מָן *manna.* Cf. Robins. Pal. I, 189 sq. Ehrenberg symb. phys., Insect. decas I. tab. 10 et Plant. decas I. tab. 1. 2. Ges. [Add. F. L. Strumpf system. Handb. der Arzneimittellehre I. Berol. 1848. p. 175 sqq. Ceterum lin. 3 a fin. scrib.: licet hic usus apud Syros valeat: ܡܢ, ܡܢܘ quid? Roed.]

P. 800. A. מָן lin. 3: Auctor Paralipp. pro מֵהַמּוֹרִים 1 Sam. XXXI, 3 ponit מִן-הַיּוֹרִים 1 Par. X, 3, pro מֵהַמְשֻׁלָּשִׁים 2 Sam. XXIII, 13 מִן-הַשְּׁ 1 Par. XI, 15. — lin. 28: Post מ Dagesch omissum adeo in littera aspirata מְבַצִּיר Iud. VIII, 2. — lin. 30 leg.: Jes. XIV, 3. — lin. 37 מָנִי add.: Iob. XXII, 18. XXX, 10. Ges.

— B. מִן 1, b. Adde Jer. XXXIX, 10: מִן-הָעָם ***partem plebis*** reliquit in terra. it. proverbialem locutionem אִם-יִפֹּל מִשַּׁעֲרָתוֹ אַרְצָה *si* vel ***unus de capillis eius deciderit in terram*** 1 Sam. XIV, 45. 2 Sam. XIV, 11. 1 Reg. I, 52. Ges.

Digitized by Google

P. 807. A. לְמָן: Pro לְמָן־עַד Chronista ponit simplex עַד־אָן, vid. Movers, die Chronik p. 205. Ges.

מסך P. 808. B. מָסָךְ: [Vini conditi usum aperte declarat יַיִן מָסָךְ Cant. VIII, 2. Roed.]

מעה P. 810. A. adde: מָעַי (fort. σπλαγχνιζόμενος) n. pr. m. Neh. XII, 36. Ges. lex. man.

P. 813. A. adde: מַמְסִים n. pr. filii Benjamini Gen. XLVI, 21. Sed vid. שֻׁפִּמְּם.

מצה P. 814. B. מָצָה Niph.: [scrib. Ps. LXXIII, 10. Cf. Index analyt. Roed.]

מצר P. 815. B. מֵצַר pl. מְצָרִים vid. s. rad. צָרַר pag. 1189.

מרא P. 817. A. מַמְרֵא: [De terebintho Abrahami vid. inprimis Euseb. demonstr. evang. V, 9. Sozomen. hist. eccl. II, 4. Robins. Palaest. II, 717. Iam LXX dicunt singulariter ἡ δρῦς. Roed.]

P. 818. A. מְרֹדַךְ: [Legitur hoc nomen in inscriptionibus babylonicis, vid. Rawlinson in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XII. p. 478; *Maridukh* illud pronunciat Oppertus, Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. p. 595. Et idem deus quidem videtur fuisse, qui et *Nergal* נֵרְגַל vocabatur. Roed.]

— - מְרֹדַךְ בַּלְאָדָן: [*Maridukh pallu danna*, ut in monumentis babylonicis legit Oppert, v. Zeitschr. D. M. G. l. c. p. 598. Cf. M. v. Niebuhr, Gesch. Assur's u. Babel's p. 40. Roed.]

— - מְרֹדְכַי: [*Maridukhai* n. pr. in inscrr. cuneatis babyl. invenit Oppert, Zeitschr. l. c. p. 595. Roed.]

מרד P. 822. B. מְרִירִי lin. 3 scrib. ⅁ⅤP et lin. 5 קְמַח. Ges.

משׁ P. 828. B. מְשִׁי: [Quod attinet ad Abulwalidis verba, in apogr. Gesen. recte legitur lin. 1 زيادة, lin. 2 والتنقية et lin. ult. التنظف pro زيادة, والتنقية et التنظيف. Ceterum R. Tanchum in lex. Talmud. المرشد his simillima dat in hunc modum: למשי الياء زيادة على למשׁ وهو التنظيف والتنقية وهو مجانس لقول العرب مشّع قصعتك اى امسحها ونظّفها وكذلك قال الترجمان لאתנקדא وهو التنظف ايضا ومنه يقول الاوايل זֶה נָקוּד הַבָּשָׂר · لنقد حمرو دموه צריך. Eandemque interpretationem tuetur Versio arab. ms. (cod. Huntingd. 206): ولم تغسلي بماء لكي تتنظفي. — Abstergere paropsidem arabice dicitur مشّع القصعة, ut recte dicunt Abulw. et Tanchum; in Kamusi quidem editione Calcuttensi legitur مشّع conj. V, at Kam. Turc. habet conj. II. In verbis Kam. lege اكل كل ما فيها. Roed.]

P. 830. B. מָתַי: syr. ܡܬܝ et ܐܡܬܝ, auctore Hupf. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II. p. 437. Ges. [Equidem priorem tantum formam ܐܡܬܝ novi. Roed.]

נ

P. 834. A. נָא no. 1: semel cum ironia concedentis est Iob. XVII, 10: תָּאֻוּ־נָא. Ges. [Semel נָא in submissa petitione adeo post nomen subst. ponitur, ita tamen ut deinde post verbum repetatur Num. XII, 13: אֵל נָא רְפָא נָא לָהּ. Videtur hoc modo magna pingi animi affectio. Quanquam insolitum hoc dicendi genus facile tollitur, si scripseris אֵל נָא, auctore Ewaldo, Lehrb. d. hebr. Spr. §. 246, ed. 6. p. 538. Roed.]

P. 835. A. נֹא: [Thebarum nomen copt. est *Tape*, demot. *Tep*, vid. Brugsch numerorum demot. doctr. p. 17 sq. eiusdemque Lettre à M. le vicomte E. de Rougé (Berol. 1850. 4.) p. 40 sq. Hieroglyphica nominis scriptio duplex est, quarum una „domicilium Ammonis dei" significat, altera *Apet* eadem est atque coptica, praeterquam quod articulus-*t* postpositus est. Vid. Lepsius, Chronologie der Aegypter I. p. 272. Roed.]

